VETERVM ALIQVOT DE arte Rhetorica traditiones, de tropis in primis & schematis uerborum & sententiarũ non aspernãda me hercle opuscula, nũc primũ in lucem ædita, cũ quibusdam aliis, quorũ ordo sequenti pagella describitur.

IN INCLYTA BASI
LEA AN. M.D.XXI.




EORVM QVAE HOC LIBRO CONTI
NENTVR SVMMA. HAEC EST,

IOANNES FROBENIVS LECTORI S.



VM more nostro fiat optime le/ctor,ut cōmune magis quàm pri/uatum in promouendis bonis stu/dijs commodum spectemus, uel hoc argumēto, quod nulla rerum difficultate,nulla laborum molestia, nullo deniq; sumptu, quæ res non paucos nostræ tempestatis typographos solet auertere, ab instituto deter/reat:uisum est hac quoque in parte tui rationem habere,ne quis usquam à nobis cessatum fuisse ca lumniari possit. Idq; ea in parte eruditionis,quæ eruditionis uniuersæ facile sit sacra,ut uocant, an/cora.Ea est Rhetorica,cui quantū dignitatis olim concessum sit apud Græcos, propagator eius De mosthenes,quantum apud Latinos M. Tullius, alter planè Demosthenes monumētis suis poste ritati mandarunt. Nacti igitur nuper exemplar quoddam, uetustum quidem illud, sed deprauatum adeo,ut nemo à tam prodigiosis mendis,ut de industria potuerint inculcatæ uideri,satis ex di gnitate potuerit uendicare. Ne quam tamē iuuan

 di occa/







di occasionẽ subterfugisse uideremur, Rhetores aliquot Latinos typis cudẽdos desumpsimus, ut studioso saltẽ meliora quærẽdi ansam præberemus. Quod si qd hinc capies cõmodi lector, totũ uelim illud Dn. Beato Rhenano acceptum feras. Qui hunc codicem ex Spirensi bibliotheca obliteratum alioqui, uelut ab inferis in uitam reduxit. Tuum erit candide lector, quicquid est nostræ industriæ, boni consulere. Nos tibi quod potuimus, conatu non defuimus: nec cœpti admodum nos pœnitet, si quicquam ex nostro labore emolumenti ad te redierit: quod futurum haud dubie confido. Nam si quidem Quintiliano credimus, Rutilius Lupus, qui in ordine primum obtinet locum, non infimi apud Rhomanos nominis fuisse uidetur, quem ætate sua floruisse aliquot locis testatur. cuíq; etiam utriusq; linguæ cognitionem haud uulgarem tribuit, cum illum Græcos autores uertisse, nominatim Gorgiam ait, citatq; non semel. Vt in nono de figuris sententiarũ: Et Rutilius, inquit, Lupus, Gorgiam sequutus, nõ illum Leontinum, sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in unum suum transtulit. hactenus ille. Reliquorum iudicium ex hoc ferendũ, tibiq; excutiendum, aliò properans, relinquo. Vale.

Basileæ ex officina nostra Calendis Ianuarijs.

ANNO M. D. XXI.

P. Rutilij,



P. RVTILII LVPI DE FIGVRIS SENtentiarũ liber prior Ex Græco Gorgia uorsus.



PROSAPODOSIS. Hoc schema duobus modis fieri, & tractari potest. Nam sentẽtijs duabus, aut pluribus propsitis, sua cuiq; ratio uel posterius reddetur, uel statim sub unaquaq; sentẽtia subiungetur, quibus posterior ratio subinfertur. Huiusmodi sunt. DEMOSTHENES. Nõ enim pari ratione Philippus, atque nos diuersis rebus medetur, sed ille usq; eò nititur, quoad restituat, atq; exuperet. Hos contra,

προσαπόδοσις.



ſtatim uinci meditamur. Ille enim pro laude ſicut pro patria prælıatur: nobis autem ſi nihil accedit mali, ſatis ac minimũ boni uidetur. Cum ſingulis ſentẽtijs ſtatim ratio ſubiungitur hoc exemplo. DEMETRII FALBREI. Nam quod beneficiũ tempore & cupienti datur gratum eſt. Vtilitas enim ac uoluntas accipiendi, honorem dati facit ampliorem. At quod ſero & non deſideranti datur, ingratum eſt. Amiſſo enim tempore utilitatis, cadit accipiendi cupididitas.

συναϑροισμὸς SYNATRISMOS. Hoc & ſingulis uerbis, & pluriũ uerborum coniunctione fieri poteſt. Singulis uerbis hoc modo. CLEARCHI. Sed cum ad ſuppliciũ ſumendũ ſe confirmaret, multa ſimul eum reuocabant, officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio, quæ ſingula proprias eſſe cogitationes ad remorandũ ſubiciebãt. Itẽ DEMOCHARIS. Nam quis hæc ſimul uniuerſa perpeti poſſit, timorem, morbum, ſenectutem, contumeliam, inopiam, uim, quarum quæuis una res per ſe, ſatis eſt grauis ad efficiendũ. Sed in coniunctione plurium uerborũ huiuſmodi eſt. LYGVRGI. Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices. Sed multa ſimul eum perturbant. Quod adeſt, ſollicitudinis plenũ: quod futurum eſt, formidoloſum. Lex paratum ſupplicium oſtentans, uitia ex uitijs coacta, occaſionem arguendi maleficij captans inimicus, quæ cottidiana uehementer eius animum excruciant.

Paranomaſia.

PARANOMASIA. Hoc aut addenda, aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut cōtrahenda litera, aut syllaba fieri consueuit: id est huiusmodi. Non enim decet hominē genere nobilem uideri. Nam cum omnibus hominibus, tum maxime maximo cuique inconstantia turpitudini est. Item ad huius sceleratissimi opera, qui fuit locus religiosissimus. Nimirū quom traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non honoris, sed oneris esse existimauit. παρανομασία.

PARADIASTOLE. Hoc schema plures aut duas, quæ uidētur unam uim habere, disiungit: & quantum distent, docet suam cuique propriam sententiam, subiungēdo. HYPERIDIS. Nam cum cæterorū opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim probas te pro astuto sapientem intelligi: pro confidente, fortem: pro inliberali, diligentē rei familiaris: pro maleuolo, seuerū. Nullum est enim uitium, quo uirtutis laude gloriari possis. Hoc idem schema solet inlustrius fieri, cū ratio proposito subiungitur. Id est huiusmodi. Quapropter nolo te sæpius parcum appellare, cum sis auarus. Nam qui parcus est, utitur eo quod satis est. tu contra, propter auariciam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiæ fructus, quàm inopiæ, miseria consequitur. παραδιαστολή.

ANACLASIS. Hoc schema fieri solet, cū id quod ab altero dictum est, non in eam mentem quæ intelligitur, ἀνάκλασις.

tellegitur, sed in aliam aut contrariam excipitur. Huiusmodi est uulgare illud Proculeianum. Proculeius cum filium suum moneret & hortaretur, audacter ex bonis ipsi sumeret tũ faceret, quas in res uellet atq; opus esset, & tum denique speraret libertatem licentiamq; utendi futuram, cum pater decessisset, cui uiuo patre promisse omnia licerent. Filius respondisset, non esse se opus sæpe eâdem oratione moneri, nec se patris mortem expectare. Cui Proculeius pater. Sufficit, imò uero, inquit, ne meam mortem expectes, nec properes moliri, ut uelocius moriar. Respondisse dicitur. Si aut qui sapiunt imperare, aut qui imperant, sapere discant. Item Theophrastus dicitur dixisse, prudẽtis esse officium, amicitiã probatam appetere, nõ appetitam probare. Item Aristoteles dicitur dixisse, eius esse uitam beatissimam, cuius & fortunæ sapientia, & sapiẽtiæ fortuna suppeditet.

ἐπιβολή. EPIBOLE. Hoc schema dupliciter fieri consueuit, cum pluribus & diuisis sententijs, aut unum aut idem uerbum singulis præponitur, aut uarietas uerborum, quæ tamen eandẽ uim inter se habeat, ab uno uerbo, sæpiusq; proficiscunt. Sunt huiusmodi. LYGVRGI. Nam cum iuuentus concitata, temere arma caperet, & quietos Thessalos manu lacessere conaretur, iure ego senatum coëgi, autoritate sua cõprimere adolescentium uiolentiam. Ego quæstoribus interminatus sum, ne sumptum stipendio præberent. Ego armamentario

patefacto

patefacto restiti,atq; efferri arma prohibui.Itaq; unius opera mea non concitatum bellum,nõ necessarium scitis. Item EGESIAE. Miseremini mei iudices,quem coniurata tanta uis inimicorum oppugnat.Miseremini solitudinis,cui ne in summo quidem tempore periculi liberos adhibere,ad communem calamitatem decernendam licitum est. Miseremini senectutis, quæ me etiam sine cæteris malis grauiter defatigat. Varietas uerborũ quæ eandem uim habet, huiusmodi est. DEMOSTHENIS. Dolui,quirites,ubi illum clandestinum hostem impune intra murum uidi uagari,ægre tuli,quod domini uestri facilitatẽ,unius fallacia tentatam intellexi,commouit me,quod in accipienda iniuria plerosq; læticiam ostentantes cognoui.

EPIPHORA. Inter hoc schema & superius,hoc interest,quod in superiore unum uerbum pluribus sententijs anteponitur. In hoc autem omnium sententiarum unum atq; idem nouissimum uerbum. SOSICRATIS. Non enim alius quis est, cuius opera in has difficultates inciderim,sed initio ad bellum suscipiendum nos primũ impulit Philippus. Deinde in ipso belli labore ac periculo,deseruit nos Philippus. Nouissime nunc calamitati nostræ, proinde atque culpæ successit idem Philippus. ἐπιφορά.

COENOTES. Hoc duorũ superiorum schematum coniunctionẽ habet,quod & ab uno uerbo omnes κοινότης.

ſententiæ incipiunt,& in uno nouiſſime acquieſcunt. STRATOCLIS. Quæritis nouam rationem adminiſtrandæ Reip. At reperire meliorem quàm à maioribus accepiſtis, non poteſtis. Quæritis maximis ſumptibus faciendis, quomodo ne tributa conferatis. A conſilijs captas ærarij opes, quas cupitis augere, nō poteſtis. Quæritis quemadmodum ſcelere contaminatis hominibus parcatis, at ignoſcendo nocentibus, innocentium ſalutem cuſtodire non poteſtis.

πολύπτωτον POLYPTOTON. Hoc ſchema ſolet complures ſententias alio atque alio modo, ut pronuncientur, efferre. CLEOCHARIS. Nam uehemēter admiror Lacedæmonij, ſi præter hunc quenquam exiſtimatus eſſet: Cui ob has cauſas iure ſuccenſere debeatis. Hic eſt enim qui nobis imploratā ſpem uictoriæ eſt pollicitus. Hunc uos non ſolum in conſilio dando cæteris præpoſuiſtis, ſed etiam in conficiendo negocio principem præfeciſtis. Huic omnium ueſtrum fortunas uniuerſi commiſiſtis. Ab hoc igitur uno, priſtinæ pollicitationis, rerumque geſtarum repoſcere debetis. Item CHARISII. Pater hic tuus nunc denique eſt, ut egeſtatem tuam debere alere uideatur. Patrem nunc appellas, quē prius egentem auxilio tuo ut alienum deſeruiſti. Patri tu filius es ad potiundas opes, cuius ad ſenectutem uiolandam crudeliſſimus hoſtis fuiſti. Nimirū nullo conſilio filios procreamus, nam maiorem patrem ex illis doloris

loris & contumeliæ capimus.

EPANALEPSIS. Hoc schema fieri solet, cũ id quod dictum semel est, quo grauius sit iteratur. Id interdum fit uno uerbo, interdum plurium uerborum cõiunctione. Verbum sic iteratur. PYTHIAE. Quid cõtra tot res iamque euidentes dicere potes Demosthenes? Cognitũ enim est Remp. uenalẽ habuisse, cognitũ est. Itẽ AEGESIAE. Sed instigabat multitudinis animũ ad bellum inferendum, concitatus iracũdia furor. Furor inquam, non ratio, sine qua nihil unquam populus ex sententia gessit. Sed plurium uerborum iteratio est huiusmodi. At ego in his erumnis amicis sum spoliatus omnibus iudices, qui non quod me odissent, sed quod inimicorum factionem pertimuissent, me in malis deseruerunt. ἐπανάληψις.

DIAPHORA. Hoc schema cum uerbum iteratum aliam sententiam significat, ac significauit, primo dictum est. Id est huiusmodi. Hunc tu frater eiusdẽ sanguinis particeps, in hac fortuna deserere potuisti? cuius erumnæ, quamuis enim extrariorũ hominem, modo hominem commonere possent. Item uniuersum. Mulierem quid potius dicam aut uerius, quam mulierem. διαφορά.

EPIPLOCE. In hoc ex prima sentẽtia, secunda oritur, ex secũda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenæ multi inter se circuli coniuncti uinciũt, sic huius schematis utilitates complures ἐπιπλοκή.

sententiæ inter se connexæ continentur. LYSIAE. Cōstat igitur iudices, Simonem domo sua ab suis dijs penatibus,ui cum summa iniuria esse exturbatū. Nam Cheremenes cū omnibus armatis ad eum uenit. Cum uenisset, sine ulla religione domum eius expugnauit. Expugnata ui domo,familiam abstrahit. Abstractam, tormentis omnibus excruciauit. Cruciatam,uinxit. Vinctam,in publicum proiecit, prædonem suum maleficiū tacitum lateret. Sed cum prætereuntes prostratam familiam uiderent,& ab his rem gestam audirent, simul & oculis & auribus scelus illius usurparent. Itē LYCVRGI. At mihi mirum uidetur,quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris excederit. Nam cui præsto est tua uoluntas,industrius sit necesse est. Industriā uero,scientia consequitur. Ex scientia, copia & facultas ingenij nascitur. Ex qua facultate uera & facile, felicitas laudis oritur. Neque enim tenere diligens studium uirtutis,fructus fortunæ fallit.

πολυσύνθετον. POLYSYNTHETON. Hoc schema efficitur,cū sententiæ multorū articulorū conuenienti copia continentur. PYTHEAE. Ille hunc pœna cōstrictum trahebat,hic autem uociferabatur. Concussus uero non mediocris,cum tamen omnes opitulari uellent, sed nemo auderet. Neque ibi magistratus aderat,nec circūspicientes quò potissimum confugeremus, reperiebamus, sed uno tempore nos & præsens & futurum malum perturbabat.

turbabat. Nam præſens tempus acerbitatis erat plenũ, reliquũ uero timoris. Item DIARCHAE. Partim noſtri ſilebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. At hi ſocij præclara noſtra auxilia, neutrum poterant. Neque enim conſtanti ſilentio, neq; forti clamore ſtrenue quid agerent conabantur. Huc accedebat ignauus tubæ ſtrepitus, qui nihil eorum mentes ad uirtutem exigebant.

DIALYSIS. Hoc ſchema contrarium eſt ſuperiori. Nam demptis omnibus articulis, ſententiæ diuiſæ pronunciantur. DAPHNIS. Quid autem me conuenit facere, Byzantij ſubire publicæ cauſæ iudiciũ, magno nomini aduerſariorum fortiter reſiſtere, nõ uereri: periculum diligenter poſteritatis creſcere, non minas extimeſcere: conſtanter in cauſa pro uobis perſeuerare: omnia feci. ueſtrum commune cõmodum ſpectans, tamen nõ deſunt qui ex tantis meis officijs aliquid uelint uituperare. Item LYSIAE. Omnibus in rebus ſuam confidentiam oſtentabat: debitum petebamus, nõ diſſoluebat. Minabamur, cõtemnebat. Lex nihil ualebat. magiſtratus neglegebat. Venit hoc tamen nobis nouiſſime tempus ulciſcendi. διάλυσις.

METANOEA. Hoc ſchema fieri ſolet, cum ipſe ſe, qui loquitur, reprehendit: & id quod prius dixit, poſteriori ſentẽtia cõmutat, ita uti facit Demoſthenes. Nunc quoniam de me ut uolui cognoſtis iudicium, per μετάνοια.

ipsius uitia constituam. Nam dum opus est, parentes appellat, quos scitis nõ ignotos fuisse. Sed ut huiusmodi omnes hos execrarentur. Sed hic bonus uir, grandis natu atque serio, sero loquar. Imò uero nuper, atq; hic paucis diebus, simul & Atheniensis, & eloquens est factus. Item. At hic omnium sceleratissimus, nouo more atque exemplo alieni facinoris uindex, ipse confidentissime non criminibus, sed armis reum lacessere conatus. Conatus, nimium remisse loquor. Nam qui tantam cædem perfecerit, huiusmodi inceptum duntaxat arguere, penè malefici largitionem est facere.

παρένθεσις. PARENTHESIS. Cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque eius sit sententiæ, neque omnino alienum ab ea sententia, tum denique hoc schema efficitur, sed periculose ponitur. Nam aut mire ineptum, aut uehementer iucundum, auribus accedere consueuit. DEMOSTHENIS. Nos scilicet omnes, ut fit, ferè repentino nuncio perturbati obstupuimus. Adimantus autẽ solus, Nam est homo multum uehemens in Repub. Commodi satis liber magno clamore efflagitabat, ut senatus haberetur, & prout tempus postulabat, celeriter quod opus esset cõstitueretur. Eiusdem audieram appropinquare, cum statim magistratum certiorem feci, uos dij immortales, quorum in tẽplo gestũ testificor. Illi neglexerũt, & rem tantã differre maluerunt, cum interea subito portas hostis obsedit.

Merismos.

MERISMOS. Hoc schema singulas res separatim disponendo, & suum cuique proprium tribuendo, magnam efficere utilitatem, & illustrem consueuit. μερισμός
LYCVRGI. Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimæ. Oculi ad petulantem lasciuiā, manus ad rapinam, uenter ad auiditatem: uirilis naturæ membra quæ possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelæ: pes ad fugam. Prorsus ut aut ex hoc uitia, aut ipse ex uitijs ortus uideatur. Item ARISTOTELIS. Alexandro enim Macedoni, neque in deliberando consilium, neque in præliando uirtus, neque in benefitio benignitas deerat. Sed duntaxat in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus. Cum autem confligendum esset cum hostibus fortissimus, cum uero præmium dignis tribuendum liberalissimus. at cum animaduertendum, clementissimus.

PAROMOLOGIA. Hoc fit, cum aliquot res aduersario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut maius sit quàm superiora, aut etiam omnia quæ posuimus infirmet. HYPERIDIS. Sume hoc ab iudicibus nostra uoluntate, neminem illi propiorem cognatum, quàm te fuisse concedimus. Officia tua nonnulla in illum extitisse: stipendia uos unà fecisse, aliquandiu nemo negat. Sed quid contra testamētum dicis, in quo scriptus hic est? Item eiusdem. Quid à me sæpius his παρομολογία

uerbis de medio officio requiris? scripsisti ut seruis liber tas detur: scripsisti ne liberi seruitutem experirentur: scri psisti ut exules restituerētur: scripsisti ut ne quis ex alio afficeretur. Leges igitur quæ prohibebant hæc, non ne glegebas. Non poteram propterea, quod literis earum arma Macedonum opposita obsistebant.

ἀναγκαῖον. ANAECAEON. Hoc schema tunc prodest, atq; omnis eius utilitas in eo est, cum uolumus ostendere necessitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alicu ius personæ, quemadmodum fecit Myron. Amicus me us fuit Chremonides, & opinione omnium magis familiaris, & pro salute eius quæcunque potui, feci: sed po stea quàm maior uis legis, nostrum auxilium ab illius periculo remouit, calamitatis ac luctus ei⁹ particeps erã. Nam opitulandi facultas omnis erepta iam fuerat. Item DEMOCHARIS. Nihil enim ualebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyran nus, cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat.

ἠθολογία. ETHOLOGIA. LYSIAE. Rure rediēs, iudices, ho mo, maior natu, magno calore, uix sufferens uiæ molestiam, tamen his uerbis egomet me consolor, fer ri fortiter demum laborem. Iam breui domum ueniens expectatus, excipiet te defatigatum diligēs atq; amans uxor: ea sedulo ac blande præministrando detrahit languorem, & simul seniles nutriendo recuperabit ui res.

pes. Hæc me in itinere recogitatio propè confectum confirmabat. Poſtea uero cum domum ueni, nihil earum rerum inueni, ſed potius bellum inteſtinũ ab uxore cõtra me comparatum. Item DEMOSTHENES. At mediuſfidius iudices. Ego ſic arbitrabar, filiũ ad parentem, diſſoluto uultu uenturum, lachrymis patrium ſinum oppleturum, ſupplicem precari obſecraturum, blandicia ſua quod petiſſet, à patris mollicie impetraturum: Sed hic longe aliter, atque hic incredibili confidentia, armatus ad patrem aduolauit ſicut hoſtis, atque initium ſermonis cum iurgio ſumpſit.

P. RVTVLI LVPI DE FIGVRIS SENTENTIARVM PRIORIS LIBRI FINIS.

Metabaſis.





σχήματα λέξεως.

P. RVTVLI LVPI DE FIGVRIS ELOCVTIONIS LIBER POSTERIOR.

μετάβασις.


ETABASIS. Hoc duobus modis fieri solet. Ex quibus unum genus est eiusmodi, cum ab ea sententia quam proposuimus, conuertimus ad aliquam personam, aut rem, aut fortunam, & tanquam præsentem appellamus, ita ut is fecit. MYRON. Hæc mulier nuper fuit locuples, potens in amore, atque delicijs necessariorum, ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarum quæ sequebātur comitatus appellabatur. Nunc contra subito & graui casu afflicta, uix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O fortuna quàm uehementer te rerum uarietas oblectat, & quàm magno odio est tibi beatæ uitæ perpetuus & constans fructus. Alterum genus est, id quod demōstrare instituimus, cū ad aliam rem & actionem atq; orationem nostram reuocamus. DEMOSTHENES. Sed nimirū inopinās incidi in causam tēporis huius alienā, de qua posterius huic dicēdū. Quapropter ad illud qđ paulo prius agendū, reuertor.

Alœosis

ALLOEOSIS. In hoc ſchemate diuiſio & ſeparatio eſt, perſonarum autem & rerum demonſtratio quantũ interſit. HAEGESIAE. Diuerſa ſtudia adoleſcentium animũ aduerteramus, tametſi fratres erunt, uno atq; eodem ſanguine orti: alter in ſtudio laudis uerſabatur, & induſtria uirtutis uitam glorioſam, ſed laborioſam ſequebatur: alter in augenda pecunia occupatus, & habẽdi cupiditate deprauatus, ſummas diuitias, ſummã uirtutem exiſtimabat. Hic nimirum magis erat laborioſus, qui laborem condendi, non utendi cauſa ſuſcipiebat. Item HYPERIDIS. Non enim ſimile eſt uiuere in æqua ciuitate, ubi ius legibus uallat: & deuenire ſub unius tyranni imperium, ubi ſingularis libido dominetur. Sed neceſſe eſt aut legibus fretum, meminiſſe libertatis: aut unius poteſtati traditum, cottidianã commentare ſeruitutem. ἀλλοίωσις.

DICAEOLOGIA. Hoc fieri ſolet, cũ æquitatẽ cauſæ quàm maxime breui ſententia complectimur. Id eſt huiuſmodi. Quod ſi me reprehendis, cum homo adoleſcens lapſus ſim, uehementer erras, quicquid naturæ ualeat, & in uno arbitraris uindicanda, acerbusque iniquus es, quicquid æqualiter ab omnibus putes ignoſcendum, uni imputans. Item LYSIAE. Nam ego huic iudices, quicquid ad ſuperius tempus attinet, nihil ſuccenſeo: nihil enim deliquiſſe cognoui. Sed in hoc nouiſſimo facto, cum plenum maliciæ perfidiæq; inueni- δικαιολογία

tem,merito reprehendere atque odisse cœpi. Quæritis fortasse quid acciderit causæ, quamobrem eundem & laudem,& uituperem. Quod idem commutata uoluntate non est qui fuerat, neque idem nunc de se audire debet,quod prius consuerat,cum sine noxa se gerebat: non arbitratus est igitur rursus eum reuersurum officio, atque amicum tibi futurum: quomodo quem sciam tantum facinus in me admisisse,ut in reliquũ tempus neque officio locum,neque beneuolentiæ spem relinqueret.

πρόληψις. PROLEPSIS. Hoc est,cum id quod aut in aduersarij causa,aut in iudicis opinione esse aut fore arbitramur, contrarium nobis præoccupamus dicere, & cum ratione dissoluere. DEMOSTHENES. Atqui ego illũ iudices arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet quis sit testis eius pudori ac probitati:sed ego Lycurgum uobis præsentibus hoc unũ interrogabo,uelitne se similem esse illius factis & moribus.Quod si negarit,satis factum uobis esse de ueritate uestra debebit. LYSIAE hac oratione sæpius apud me utebatur,& orabat ut suarum erumnarũ misererer, inopiæ subuenirẽ. Quid multa?commotus humanitis precibus,deprecãti quod petebat dedi solus:soli cõmunis nota calamitas hominis esset. Sed imparatus uenisse uidebatur,iam se negauit accepisse:& flens uobis supplicabit, ut se à calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum se agentẽ uideri

tis,

tis, facitote ut de illius & mei memineritis.

ORISMOS. Hoc fit, cum definimus aliquā rem nostræ causæ ad utilitatem, neque tamen contra communē opinionē. Id est huiusmodi. Nam uirtutis labor, uera uoluptatis exercitio est. Sed fieri solet hoc schema nónunquam ratione supposita, & tum denique magis illustratur, ita ut fecit diues auarus. In uilla ædem fecit Fortunæ. Crimen arguitur temeritate illius, quæ tam locupletis copias dederit ei qui odisset uti. ὁρισμός.

PROSOPOPOEIA. Hoc fit, cum personas in rebus cōstituimus, quæ sine personis fiunt, aut eorum hominum qui fuerunt, tanquam uiuorum & præsentium actionem ac sermonē deformamus. Id est huiusmodi. Nam cum crudelitatis mater est auaricia, est pater furor, huic facinori cōiuncta parit odium, inde item nascitur exitium. Hoc genere usi sunt poëtæ, qui fabulas scripserunt in prologis. Nam humana figura produxerūt personas, quæ in ueritate artis & uoluntatis sunt, non personæ. Alterum genus est, ita ut fecit Hyperides, cum de adolescente impudico diceret. Quid si tandem iudices hanc causam ageremus? Atq; ita diuisit muliebrem personam, ut suum cuique opus atque officium distribueret. Ego hunc ostenderem, tui liberi ritu esse, suo corpore adlusum. Nónne uehemētissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur. Virum, senatum, se deprauato naturæ beneficio in mulie προσωποποιία.

rem conuertere properasse. Item CHARISII. Existimate quæso Remp. hic adesse, & pro uestra libertate supplicem uobis accedere, simul & liberos uestros, matresfamilias, amplexam tenere, parentes uestros ætate confectos ad se applicare, redigere uos in memoriam, qualẽ se à maioribus acceperitis, obsecrare sacris ac delubris deorum immortalium, pro parentũ monumentis, pro uobis ipsis & salute uestra. Hæc si præsens agit, ut dixi, Resp. quid animi estis habituri quæro?

χρηστηρισμός. CHRESTERISMOS. Quemadmodũ pictor coloribus figuras describit, sic orator hoc schemate aut uitia, aut uirtutes eorũ de quibus loquitur deformat. LYCONI. Quid in hoc arbitrer bonæ spei reliquũ residere, qui omne uitæ tẽpus una ac desperatissima consuetudine producit? Nã simul atq; ex prioribus diei, nimia cibi ac uini satietate, uia meridiano tempore. Plenus crapula est experrectus primũ oculis mero madidis, humore obcæcatis, uisu grauidis lucẽ constanter intueri nõ potest: deinde cõfectis uiribus, utpote cuius uenæ non sanguine, sed uino sunt repletæ, se ipse erigere nõ ualet, tandem duobus innixus languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus sine pallio soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendẽs: flexa ceruice, summissis genib9, colore exangui, ꝓtinus ex cubiculari lectulo excitatus, in tridiniũ trahit, ibi præsto sunt cottidiani pauci, eodẽ studio excitati cõuiuæ. Hic uero princeps paulum illud

reliquum

reliquum quod habet menti ac sensu, poculis extrudere ex ea festinat, bibendo prouocat, lacessit, sicut in hostiũ prælio quàm plurimos superarat, atque adfixerat, amplissimam sibi uictoriam paratam existimans. Interea procedit simul & illud tempus & potio, oculi uinum lachrymãtes caligant, ebriosum ipsi uix ebrij cognoscunt. Alius sine causa iurgio proximũ lacessit: alius somnio deditus, ui cogitur uigilare: alius rixari parat. Alium turbas uitantem, ac domum reuerti cupientem, retinet ianitor, pulsat, exire prohibet domũ, interdictum demonstrans. Inter alium cõtumeliose extra ianuam electum, uacillantem puer sustentat, ac ducit pallium per lutum trahentem. Nouissime solus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quàm somnus oppressit bibentem, ac dissolutus artubus, ipsum poculũ suapte natura dormienti excidit.

BRACHYEPIA. Hoc fieri solet, cum orator breuitate sententiæ præcedit auditoris expectationem. LYSIAE. Quæres à me, quo iure obtinere possim, quo iure mihi Polienus reliquit, prætor dedit possessionem. Leges me defendunt, ad te non pertinent: hi ueritatem sequantur. Item eiusdem. Sed uos æquum est uoluntatem dispicere. Nam cõsilio uoluit, fortuna lapsus est: homo fuit, fatetur concedendum nomina posse. Hoc enim deorum est proprium. βραχυεπία. Fort. βραχυλογία

SYNOECIOSIS. Hoc schema docet diuersas res coniungere, συνοικείωσις

coniungere,& communi opinione cum ratione aduersari:& habet magnam uim,uel ex laude uitium, uel ex uitio laudem exprimendi. HYPERIDIS. Nam hominis auari atque asoti,unum atque idem uitium est. Vterque enim nescit uti, atque utriq; pecunia dedecori est.Qua re merito utrique pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Item LYSIAE. Quapropter pergam in multos largitionem abstinentiæ testimonium nō crediderís. Multo enim confidentius hoc genus hominū furatur.Nam quo maius eget,ad sumptum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditare possit. Item DEMOSTHENIS. Cum ei quidā obiecisset,matre Scyta natum,respondit. Non miraris igitur,quod Scyta matre barbara natus,tam bonus & clemens euaserat? Item eiusdem.At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit seuerum. Namq; ex hominibus humanitatē ac misericordiam tollere, maximū signum maliciæ uidetur. Ego contra deos precor. Namq; eiusmodi ciuem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

ἀπορία. APORIA. Hoc schema efficitur, cū quæritis quid aut quemadmodum pro rei dignitate dicimus, nec repperire nos ostendimus. LYSIAE. Nec iam rationē inuenimus,quæ flecti posse speremus. Ita nos omnibus modis tentatos, acerba,ac nimiū tua facultas affliget.

affliget. Item HEGESIAE. Non hæc eſt ut uulgari uerbo appellatur calamitas. Quid igitur? Quod proprium imponam neſcio, niſi illud unũ tantam eſſe erumnæ magnitudinem, ut omnem fortunæ ſuperbiſſimã crudelitatem, ingenij miſeria ſuperarit.

PARASIOPESIS. Hoc eſt cum aliquid nos reticere dicimus, & tamẽ tacitum intelligitur. Et hoc utendum eſt, cum aut notam rem eſſe auditoribus arbitramur, aut ſuſpicionem excitare maiorem retinendo poſſimus. LYCVRGI. In præſentia iudices iniuſſu populi quæ improbiſſime geſſerat reticebo: de falſis eius literis quas ad ſenatum miſerit, nihil dicam, illi ſæpe interminati ſitis omittam. Nam & hæc uobis nota ſunt, & quæ nouiſſime multo indigniora commiſit, quàm primum cognoſcenda. HYPERIDIS. Cogis me iniuriæ tuæ cauſam proferre. Nihil agis, non dicam, ſed ipſum tempus eam patefaciet. παρασιώπησις.

PAROMOEON. Hoc ſchema & omœoteleuton & omœoptoton, ferè non multum inter ſe diſtant, tamen quid interſit, & ex unius cuiuſq; ſuppoſita ſententia cognoſcere poteris, & multo diligentius ex Græco Gorgiæ libro, ubi pluribus uniuſcuiuſq; ratio redditur, ſed hoc paromœon uerborum efficit ſimilitudinem, ita uti hoc eſt. Nam diſputandi aut ſuadendi eſt aliud idoneum tempus. Cum quidem aduerſarius armatus præſtó eſt, reſiſtendum eſt huic non uerbis, ſed armis. παρόμοιον.

ὁμοιόπτωτον. OMOEOPTOTON. Hoc in duobus uerbis eundem habet casum, aut eandem nouissimam syllabam. Id est huiusmodi. In rebus aduersis cui præsto est consiliũ, non potest deesse auxilium. Item SOSICRATIS. Nam qui secundis rebus libenter adsentiuntur, idem simul ac se fortuna contristauerit, primi insidiant.

ὁμοιοτέλευτον. OMOEOTELEVTON. Hoc minus euidens est quàm superius, & minorem affert auribus iucunditatem. Nam neque tam paria duo uerba sunt, neque eundem habent casum & sonum uocis, quã Græci προσωδίαν appellant. Id est huiusmodi. Nam Resp. nostra ad hunc statum gloriæ peruenit, non multitudine hominum, sed seueritate legum.

ἰσόκωλον. ISOCOLON. Hoc autem duabus aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur, ita uti hoc est. Nequaquam mihi diues est, quamuis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi, neq; modum statuit utendi. Nam & multum desiderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initiũ. Seorsum est beneficium, dare libenter, iniuriam facere nolle. Nam dando beneficium, extemplo beneuolentiam, nõ faciendo iniuriam, duntaxat odium uitamus.

ἀντίθετον. ANTITHETON. Hoc pluribus modis fieri solet, & habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de unoquoque genere eius. Vnum est, cum contrariæ res inter se conferuntur.

conferuntur. CHARISII. Alter eorũ erat in dando benignus,alter erat in accipiendo aſtutus.Hunc omnes cõquirebant,ne ab eo uiderẽtur. Huius em̃ pudor erat omnibus iucundus. Illius autẽ impudentia ipſi ſuauis, cæteris amara.Hoc idem fieri poteſt in una perſona,ita uti fecit Dinarchus,cum ipſe de ſe diceret. Olim in adoleſcentia ſedulo omnem gloriam ſectabar,at nunc in ſenectute ſummum me ambitionũ inuaſit odium. Tum facile multis opitulabar, nunc iam meipſum tueri uix poſſum.Tum mihi beatiſſimus uidebar,ſi quàm plurimis feciſſem.Nunc contra uereor,ne quid mihi deſit ad neceſſariũ ætatis meæ cultum. Tunc ego ipſe pro Rep. fortiter arma capiebam, nunc præter quàm laudare eos qui Remp.armati defendunt nihil ualeo. Eſt autem genus huius,quod in eadem ſententia priori uerbo cõtrarium, quod eſt infert & cõiungi ſolet. ISIDORI. Nõ ille ſtulticia aut furore impulſus,tam graues labores fruſtra ſubiret ſed ex acerbitate laboris,iucundos uoluptatis fructus ſibi parabat. Aliud eſt item, quod ſuperiorẽ infert,ſed conſequenter,ita uti fecit Demetrius Phalereus. Nobis primũ dij immortales fruges dederũt,nos quod ſoli accepimus, per omnes terras diſtribuimus. Nobis maiores noſtri Remp. reliquerunt,nos etiam ſocios noſtros de ſeruitute eripuimus.Itaq; & ampliſſim⁹ nobis honos ab omnibus habet̃,& propter hui⁹ honoris dignitatẽ, ſuperbiæ noſtræ nemo ueſtigiũ experit̃.

ἐπικοπή. EPICOPE. Hoc fieri ſolet, cum alicui rei uehementer confidimus, & noſtro iure iudicibus largimur, ut quemadmodum uidetur illis conſtituant, atq; eo pareamus. HYPERIDIS. Sed ego iam iudices ſummũ ac legitimum quod expoſui meæ cauſæ ius omitto, uobis quod æquiſſimũ uideatur, ut conſtituatis permitto. Non enim uereor quin etiam ſit nouũ uobis inſtituendum, libenter id quod poſtulo, propter utilitatem communis conſuetudinis ſequamini.

παῤῥησία. PARRHESIA. Ferè cõtrarium eſt hoc ſuperiori. Nã in hoc uehemẽter cũ iudice agendũ eſt, & uitiũ aut erratũ eius audacter corã eo reprehẽdẽdũ, ſed diligẽter hoc ferẽdũ, & raro adſimulãdũ eſt inuitos neceſſario dicere, ne magis cõfidẽtia ꝗ̃ dolore excitati uideamur, atꝗ ita non fides, ſed odium iudicum cõſequatur. DEMOSTHENES. Sed ego liberã uocem ueritatis apud uos omittam. Non, inquam, nec reticebo quod ſalus cõmunis dicit. Flagitat ueſtra opera ✳quirites, in tanto reſp. periculo eſt. Vos eñ defectis temere omnibus credendo, & quorum ignauiſſima ſunt conſilia, eorum ſententias utiliſſimas exiſtimando. Item LYCVRGI. Sed uos iudices, uos hæc facere debetis. Nam cum in ſententijs feriundis nocentibus remiſſe paratis, uos in forum ſtudium ad ſpectandum excitatis.

Athen.

ἐτιολογία. ETEOLOGIA. Hoc ſchema efficitur ratione breui & ſententioſa, ita ut quod dubium eſt uiſum, ad

certam

certam fidem adduci uideatur. Quod uobis quirites in ſuadendo adſentiuntur, uos fallere poſſunt. Nam dictum ad uoluntatem auditoris obſcuratũ erat quæſtio ne utilitatis, ſed ab his qui ſuadent quod uobis iucundum eſt, decipi non poteſtis. Non enim ſententias ueſtras ualent commutare, niſi uobis euidens bonum ſui cõſilij patefecerint. Item eius. Et ſi acerbum uobis quod dicturus ſum uidebitur, tamen æquo animo audiendũ eſt. Nam ferè uerum conſilium, quod initio auditu graue eſt, in poſterum cognita utilitate ſit iucundum.

TAXIS. Hoc fit, cum unaquæq; res nouiſſimorum uerborum ſẽtẽtia clare diſtinguitur. STRATOCLES. Nam uehementer eorum uitijs inuehi non licebat, reticere omnino nõ expediebat, ſuſpicioſe loqui potiſſimũm placebat. Item THIMACHI. Itaque ut familiares uidebantur, hos neceſſitudine opitulandi adſtrinxit, hosq; ignotos iuſta beneuolẽtiæ cauſa inlexit. τάξις.

P. RVTILII LVPI DE FIGVRIS ELOCVTIONIS, POSTERIORIS LIBRI FINIS.



RHOMANI AQVILAE DE NOMINIBVS FIGVRARVM ET EXEMPLIS LIBER. EX ALEXANDRO NVMENIO.



HETORICOS petis longioris moræ ac diligentiæ, quàm pro angustijs temporis, quo me profectio urget, ideòque postea plenum hoc tibi munus reddemus. In præsenti aūt nomina ipsarum figurarum cum exemplis percurrisse sufficiat, tantum prælocutus, quò maxime orator ab oratore differat: unum aut hoc certe esse præcipuū, figuras sentētiarum atque elocutionū. Nam inuentio rerum cum acutis hominibus, quos tamen oratores nondum appellare possis communis est, illorum uerborum Latinorū scientia & usu, uel grammaticus sibi uindicare. Illi quoq; mores qui τρόποι nominantur, ab eadem hac arte, id est grammatica, non minus diligenter sunt cogniti quàm ab oratore, si quatenus cuiq; generi materiæ adhibere eos debeat, orator melius intellegit. Figurandarū sententiarū & elocutionū proprium oratoris munus est. Hoc enim genere & parua extollit, & angusta dilatat, & cum celeritate

tate tam ornatum plerisque & uim & pondus uerbi ac sententijs ad permouendos quidem animos auditoris aut iudicis nihil æquale est. Quod sic facillime intellegitur, si quæ sunt figurate enunciata, apud magnos oratores detractis figuris eloqui uelis. Inuenientur enim nequaquam dignitate aut uim fandi retinentia. Sed figurarum, sicut supra diximus, aliæ sunt sententiarum, quæ διανοίας σχήματα appellant: aliæ elocutionis, quæ λέξεως σχήματα uocantur. Percurramus igitur sententiarum figuras. Naturæ est em̃, prius sentire quàm eloqui.

προδιόρθωσις	Præcedens correctio.
προσωποποιΐα	Personæ confictio.
ἠθοποιΐα	Moralis confictio.
ἀποσιώπησις	Reticentia.
ἐπιτροχασμός	Percussio.
εἰρωνεία	Simulatio.
πύσμα	Quæsitum.
παράληψις	Præteritio.
ἀποστροφή	Auersatio.
διαπόρησις	Addubitatio.
ἐρώτημα	Interrogatio.
διατύπωσις	Descriptio uel deformatio.
ἀντεναγωγή	Compensatio.
διασυρμός	Eleuatio uel irrisio.
μετάστασις	Transmotio.

Prodiorthosis.

προδιόρθωσις. PRODIORTHOSIS. Præcedens correctio. Hæc figura, ubi aliquid necessarium dictu, & insuaue audiétibus, aut odiosum nobis dicturi sumus præmunit. Exemplum apud Ciceronem frequens. Quanquã sentio, quãta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est. Tale pro Gallio. De conuiuio luxurioso, ut clamor, ut conuicium mulierũ, ut Symphoniæ cantus. Videbar mihi uidere alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex uino uacillantes, partim hesterna potione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguẽtis oblitus, redimitus coronis. Humus erat lutulenta uino, coronis lãguidulis, & spinis cooperta pisciũ. Quod si hoc ipsum esse aliqui diatyposin, hoc est descriptionem uolunt, intellegant nos nõ de uniuerso loco, sed de executione singularum rerum loqui, quas ita persecutus est, ut etiam minima quæque demonstraret.

προσωποποιΐα. PROSOPOPOEIA est personæ confictio. Hæc figura plurimum in se continet dignitatis, cum Remp. ipsam loquentẽ inducimus, aut defunctos aliquos quasi excitamus ab inferis, & in conspectu iudicis collocantes oratione hos circumdamus. Talis est illa pro Cælio Appij Cæci persona inducta contra Clodiam ita dicẽs. Mulier quid tibi cum Cælio? quid cum adolescentulo? quid cum alieno? Sæpe enim quæ nos ex nostra persona dicentes, uix ferant iudices, supposita dignitate personæ liberius dici & conuenientius poterunt.

Ethopœia

ETHOPOEIA, moralis cõfictio. Hæc figura differt à superiore, eo quod ibi & personas fingimus, quæ nusquàm sunt. hic certis quibusdam uel personis uerba accommodare adfingimus, uel ad improbitatem earũ demonstrandam, uel ad dignitatem. Tale est illud pro Quintio. Quod Sextus Næuius ridet nostram amentiam, scilicet cum ab eo officia boni uiri desideramus, & quẽadmodũ natus, inquit, & quemadmodũ educatus sum memini. Vetus est, de scurra diuitem facilius, quàm patremfamilias fieri posse. & cætera. ἠθοποιΐα.

APOSIOPESIS, reticentia: cum intra nos supprimimus ea quæ dicturi uidemur, quod aut turpia, aut inuidiosa, aut alioquin nobis grauia dicturi sunt, ut est Demosthenicum illud procemium. Non pari ego & aduersarius periculo ad iudicium uenimus, sed mihi quidem nolo quicquam initio dicendi ominosius proloqui. Interdum etiam utimur hac figura, quasi ad alias properemus. Tale est Vergilianum illud, ἀποσιώπησις.

Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

EPITROCHASMOS, percursio. Hæc rursum figura differt à coaceruatione. Quod cum illa res uniuersas pluresue in eundẽ locum confert, hæc distantia plura inter se percurrens uelocitate ipsa circumponit, ut si uelis dicere, Cæsar in Italiam euolauit Corfinium di midio delectam ceperat, urbe perociebatur, Pompeium, persequebatur. ἐπιτροχασμός.

εἰρωνεία. IRONIA ſimulatio frequentiſſima apud oratores, ubi figura aliud uerbis ſignificamus, aliud re ſentimus. A quo genere figuræ procœmiũ pro Ligario ſumptum eſt. Nouum crimen P.C.& ante hunc diem inaudi tum.& cætera.

παράληψις. PARALEPSIS, præteritio. Frequens eſt huius figuræ uſus, ubi quaſi prætermittentes quædã, nihilominus dicimus. ſicut pro Milone tota illa quæſtio inducta eſt, qua docet è Rep. occidi Clodium. Quod ſi nõ poſſem, inquit, diluere crimen ut dilui, tamen glorioſe hæc prædicere Miloni liceret. Item de domo ſua contra Clodium. Videſne non radicitus euellere totum tribunatum? & cætera inquit, quæ prætermittere ſe ait. Nihilominus dicit. Vtemur autẽ hoc adiumento, in his quæ infirma uel inuidioſa nobis futura ſunt, ſi directo dicãt.

ἀποστροφή. APOSTROPHE, auerſatio. Neceſſaria plerumq; figura, ubi quæ ad alios dicta uolumus, ad alios dicere uidemur. Sic plerumq; conuertimus orationem in reum ad iudicem, cum illa tamen quibus aduerſarium alloquimur, iudici alligentur. Acutiſſimum exemplum in Philippicis Demoſthenis, ubi quibus uerbis populũ Athenienſium monitum uult, eadem ſe dici apud Græcos & Arcadas & Meſſenios concionatum inuidioſe. Et M. Tullius cum ſæpe aliàs, tum pro Roſcio conuertit orationem ad Criſogonum, ab illo loco rogator atq; te Criſogone.& cætera.

Diaporeſis

DIAPORESIS, addubitatio. Hac utuntur, cum propter aliquas uolumus uideri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quale est pro Cluentio procemiũ. Equidem quò me uertam iudices nescio, negemus fuisse illam rem. & cætera. Item pro Cornelio. Pugnem aperte contra nobilissimorum hominũ uoluntates, studia, consilia, cogitationésque eorum aperiam. & cætera. quæ quasi dubitans an sibi facienda sint dicit. διαπόρησις.

EROTEMA, interrogatum. Eo utimur, ubi exacerbando aliquid interrogamus, & augemus eius inuidiam, hoc modo. Fuisti illo in loco, dixisti ne hæc gesta esse, renunciasti ea quibus decepti sumus. Hæc enim si sine interrogatione dicantur ad hũc modum. Hic fuit illo in loco, & ita esse gesta dixit, & falso renunciando nos decepit, hæc prolata minus inuidiose proferentur. ἐρώτημα.

PYSMA, quæsitum. Hoc genus ex superiore eo differt, quo ad interrogatum una uoce tantum responderi potest, uel à negante, uel à confitente. Quæsito autem occurri non nisi pluribus potest, hoc modo si dicat. qua igitur ratione bellum geremus, quæ auxilia nobis parata erunt? quis erit qui subuenire uelit, cum tam acerbe socios tractauerimus? πύσμα.

DIATYPOSIS, descriptio uel deformatio, ubi rebus delectis, personarum & formas ipsas, & habitus describimus & exprimimus: ut Tullius hoc modo. διατύπωσις

Ponite ante oculos Rullum,hasta posita in Põpeij castris,cum suis formosis finitoribus actionantem. Item plenius pro Milone.Si hæc non gesta audieritis,sed picta uideritis, & deformat Milonem in rheda sedentem penulatũ cum uxore. Item Clodium cum equo & dilectis uilla egredientem. Eodem modo pro Roscio & de Glaucia. Nónne uobis hæc quæ uidistis oculis,cernere uidemini iudices non posita,nõ impetum repentinum, nõ uersatur ante oculos ipse Glaucia. & quæ sequũtur.

ἀντεναγωγή ANTENAGOGE,compensatio. Est autẽ huiusmodi,ubi aliquid difficile & contrarium cõfitendum est,sed contra inijcitur non minus firmum,qualia sunt hæc de rege Ptolomæo apud Ciceronem. Difficilis ratio belligerandi,at plena fidei,plena pietatis.Et si dicas, magnus labor,multa pericula opponũtur, at gloria ex his immortalis est consecutura.

διασυρμός. DIASYRMOS,eleuatio uel irrisio.Ea figura est,qua ludentes quæ dicũtur ab aduersarijs,dissoluimus, Qualis est ille locus pro Murena in Sulpitium, totus de iure ciuili.

μετάστασις. MESASTASIS, transmotionem quidam inter figuras nominauit, cum rem à nobis aliò transmouemus,non ita ut ibi causam constituamus. Alioquin iam nõ figura erit,sed species quædam eius status,quẽ qualitatis aut ex accedenti appellant, secundũ Hermagoram.Cæterum alibi in parte aliqua orationis sententiam

tiam

tiam hoc modo figuramus, quale eſt apud Demoſthe nem initio defenſionis pro Cteſiphone. Cum bellum, inquit Phocenſe conflatum eſſet & non per me, nõdum enim ego ad Remp. acceſſeram. Tale eſt illud pro Cornelio. Videri poteſt de ærario: refertum, inquit, tribunicis legibus, exhauſtum à quibus ſit ipſi ſciunt.

Hæ ferè ſunt ab elegãtiſſimis electæ figuræ ſentẽtiarũ. quibus ſi ut adoleſcẽs acerrimo ingenio utebaris, nactus ꝓprio motu animi, aut etiã exiſtimatiõe lectionis Tullianæ: prius etiã quod numeros earum, nomináq; perceperis, nihil mirum eſt. Omnia enim ferè quæ præceptis continentur, ab ingenioſis hominibus & in dicendo ſe exercentibus fiunt, ſed caſu quodam magis quàm ſcientia. Ideóque doctrina & animaduerſio adhibenda eſt, ut ea quæ interdum ſine ratione nobis occurrunt, ſemper in noſtra poteſtate ſint, & quotiens res poſtulauerit, à nobis ex præparato adhibeantur. Nunc ad figuras elocutionis tranſeamus, quia in traditione primum mihi uidetur demonſtrandum, quot genera ſint elocutionis, quotque modis eis utamur.

Eſt igitur omnis oratio aut ſoluta nulla inter ſe neceſſitate numerorum, neq; compoſita membris quibuſdam, uel determinata certa circũſcriptione uerborũ. Ea plerũq; in ſermone aſſidua, & in epiſtolis utimur. Interponitur, aut & in dialogis, orationibus, ubi aliquid ſimile & proximum ſermoni uolumus effingere. Aut perpe

tuæ quã Græci ἐιρομένην λέξιν appellãt,quæ ita cõnecti tur,ut superiorem elocutionem semper proxima sequa tur,atq; ita seriem quãdam significatus rerum explicet. Ea præcipue historiæ descriptioni conuenit,quæ tractũ effusum genus eloquendi,non conuersum,neque circũ scriptum desiderat.Habet sæpe in iudiciali genere dicẽ di usum necessarium,siquando quasi decursu quodam ita uolumus,ut illa se habet in oratione Miloniana.Oc cidi,occidi non spurium Melium, qui annona leuanda iacturisq; rei familiaris & cætera.In uitam Clodij inue hitur.

Alia autem quæ ex ambitu constat,quem ambitum Græce περίοδον appellant. Est autem ea quæ senten tiam certa quadam circumscriptione definit,atq; deter minat,qualis est hæc.Si quantũ in agro locisque deser tis audacia potest,tantũ in foro & in iudicijs impuden tia ualeret, nõ minus nunc Aulus Cecinna cederet im pudentiæ,quam tũ cum in faciunda cessit audacia.Sed hic ambitus constat ex membris, quæ κῶλα Græci uo cant & cæsis,quæ κόμματα appellant. Membrum qui dem est pars orationis ex pluribus uerbis,absolute ali quid significãs,hoc modo.Etsi uereor iudices ne turpe sit ꝓ fortissimo uiro dicere & incipientẽ timere. Cæsum aũt est pars orationis,nondum ex duobus aut ex pluri bus uerbis quicquam absoluti significans hoc modo. Et si uereor iudices ne turpe sit,nõnunquam tamẽ cæ sam di

ſam dicimus orationem, quotiens non efficiuntur uerba ex cõnexione membrorum,ſed ſingula quamuis ſignificantia proferantur ad iſtum modum. Quis eſt iſte Lollius armiger,Catilinæ ſtipator,tui corporis concitator,tabernariorũ percuſſor, latitator fori, depopulator curiæ.Et alibi apud eundem oratorem,comites illi deiecti manus erant tuæ,ut quiſquis te familiaritate attigerat,ita maxime manus tua putabatur.

Conſtat autẽ ambitus ex duobus mẽbris,ex tribus mẽbris, ex quatuor interdũ,& ſi nõnulli ex uno mẽbro ambitũ putant poſſe cõpleri, quam μονόκωλον περίοδον appellant. Ego autem non uideo quem admodum periodos cognominetur,& nõ potius colum ſiue unus, ſi unum ſit.

His demonſtratis quæ & ipſa poſſit aliquis figuris elocutiõis enumerare:cæteras perſequemur, ſi illud præ dixerimꝰ optimam & efficaciſſimam orationem futurã, ſi & hos ambitus habuerit de quibus diximus,& in qui buſdam partibus continuo rationem illam perpetuæ elocutionis aſſumpſerit, & nõnũquàm cæſis interrupta fuerit. Nam ubi omnia periodis explicantur,ſacietatem & faſtidium ex ſimilitudine parit,qualia ſcripta eorum, qui Iſocraten male imitati ſunt. quippe cũ ipſe Iſocrates in hoc genere à quibuſdam improbetur. At ubi ſemper continuatur oratiuncula,quaſi reſpirationes ex interuallis atq; diffinitionibus periodorũ interponũtur

& audientẽ

& audiẽtem & dicentem fatigat. Vbi uero cæsa semper oratio est, nihil à sermone imperitorũ differre uidetur. Quare promiscenda sunt hæc & rebus pro conditione eorum accommodanda.

Differt autem figura elocutionis à figura sententiæ hoc, quod sentẽtiæ figura in mutato uerborum ordine, uel translato, manet nihilominus. Elocutioni autẽ si distraxeris uel immutaueris uerba, uel ordinem eorum seruaueris, manere non poterit.

εἰρωνεία. IRONIA sentẽtiæ figura, quam hoc modo enũciabo. Hic enim egregius autor communium commodorum custos, defensor reipublicæ, salus & columen ciuitatis, de quo contraria scilicet intelligi uelim, mutabo uerba ordine eorum uerso, uel tota elocutione aliter explicata sic. Namque iste cuius ope & auxilio uidelicet ciuitas nititur, manet ut ironia eadem, neq; lædetur uerborum immutatione. At uero si figura elocutionis sit, quam relationẽ, Græce ἐπαναφορὰν uocamus, quæ est huiusmodi. Ille autor discordiarum, ille dux seditionum omnium, ille in pace tumultuosus, ille proditor in bello, Et illam partem orationis repetitam sæpius in initium membrorum aut cæsorum quæ figuram sustulero, & tantum semel dixero subiungens: & cætera hoc modo. Ille qui seditionum autor, discordiarum cõcitator, in pace tumultuosus, in bello proditor fuit, figuram elocutionis sustuli. Nonnunquàm autem imò

plerũq;

plerunq; concurrere poteſt,ut ſentētiæ figura cōiungatur cum elocutionis figura,qua hoc modo enunciatum eſt. Illa amator patriæ egregius,ille Reip. cuſtos,ille deſenſor libertatis ac legum,cū hoc de eo dicatur, de quo contraria intelligi uolumus,& ironiam eſſe,quæ figura ſententiæ eſt:& epanaphoran. De qua cum maxime diximus quæ eſt elocutionis,nūc ad inſtituta pergamus.

Sunt igitur,figurarum elocutiones aliæ, ad ornandam tantum, & quaſi ad pingendum orationem accommodatæ: quibus princeps Gorgias Leōtinus uſus eſt,ſed ſine modo. Et ideo breuis oratio eſt, & quæ initio audientis nouitate permouerat, faſtidium meruit: Iſocrates autē poſt eum parcius,nec non etiam ipſe Demoſthenes,ſed tanta moderatione, ut nuſquam in tædium recurrat. Eas ergo primum exponemus.

ANTITHETON. Oppoſitum ex contrarijs. Hæc figura conſtat ex eo,quod uerba pugnantia inter ſe,paria paribus opponuntur. Cuiuſmodi breuiſſimū eſt,illud Ciceronis. Domus deerat,at habebas,pecunia ſuperabat,at egebas,in pace,ad uexandos ciues acerrimus,in bello ad expugnandos hoſtes inertiſſimus. ἀντίθετον.

ISOCOLON. Exæquatum membris. Fit aūt quotiēs non pugnantibus inter ſe,ſed paribus tātummodo uerbis,duo uel etiam plura membra,quæ κῶλα dicimus explicātur,ut ſi dicas hoc modo. Claſſem ſpecioſiſſimā inſtruxit,exercitum pulcherrimum & fortiſſimum elegit ad ἰσόκωλον.

git, addere etiam licet sociorum maximam, & fidelissimam manum cōparauit, & longius eodem modo prægredi dum ne in fastidium incurras.

πάρισον. PARISON. Propè æquatum. Differt autem ex superiore, quod ibi membrorum uerba paria sunt numero. Hic uno uel altero addito. aut in superiore membro, aut in postremo pariter excurrūt, ut si locum enunctes, neq; gratia & diuitijs locupletum corruptus, neq; minis & denunciatione potentum perterritus, neq; difficultatibus & magnitudine rei à proposita magnitudine delectus. Hoc enim postremū pluribus uerbis quam superiora enunciatum membrum longius produxit, quod fieri & in primo potest, sed ibi opportuni9 si quo longius erit cæteris, initio prænunciatur, in posteriore autem si ad postremum producitur.

ὁμοιόπτωτον. OMOEOPTOTON. Simile in casibus. Hoc ex eo nomen accepit, quod membra illa, id est, illa, id est, κῶλα, in eosdem casus cadunt ad hūc modum. Huic igitur socios uestros criminanti, & ad bellum uos cohortanti, & omnibus modis ut in tumultu essetis molienti. Hæc enim tria in eundem casum determinata sunt.

ὁμοιοτέλευτον. OMOEOTELEVTON. Simili determinatione, differt à superiore, quod illud quidem & casu & sono similia uerba membrorum determinat. Hoc uero non solum casuum similitudine, sed cuiuscunque uerbi atq; enunciationis contentum est. In muros statim curritur,

exercitus

exercitus à socijs accersitur, delectus iuuẽtuti denunciat.

PARONYMIA, leuis imitatio. Hæc figura, ita ornat orationem, ut in nomine aut in uerbo interdum syllabam, nonnunquam littera immutata, diuersa significet, ut si uelis sic enũciare. Prætor iste, uel potius prædo sociorum. Et frequens illud apud ueteres eiusmodi est. Cui quodlibet hoc licet, non indecorem interim & prioris uerbi postremitas, similitudine posterioris excipitur, ut se habet. Legem fragilitas, & quæ tibi nõ deerat. erat enim diligentissime scripta. παρωνυμία.

PLOCE, copulatio. Ea figura elocutionis, in qua idẽ uerbum aut nomen bis continuo positum diuersa significat, ut est illud. Sed tamen ad illum diem, Memmius erat Memmius. Ita enim hoc bis positum est, ut superius quidem nomen tãtum significet hominis, posterius uelit intellegi eundem qui semper fuerit, ac sui similem. πλοκή.

PALILOGIA, iteratio. Hæc figura repetito eodem uerbo aut nomine, nõ diuersa uult intellegi, sed idẽ, quod significatur efficere uehementius. Cuiusmodi est hoc. Ferrum ferrum, inquit, & hoc in iudicio dicit, ter eijciatq; proterui. Repetitum enim hoc ferrum indignitatem rei atq; audaciam eius: in quem dicitur impensius significat. Nec solum nomen aut uerbum, sed pars orationis iterari ad eundem usum potest, ut cum dicitur. Tu tu Antonio Cæsari ruenti, atq; omnia permiscere, παλιλογία

cupienti causam belli ciuilis dedisti. Atq; hæ duæ figuræ, superior, & ista ipsa de qua locuti sumus, non ad ornandam magis & exornandam orationem, ut illæ superiores, sed ad accendendam pugnam dicendi ualent, sicut uel magis pleraq; earum quæ consequẽtur. Ideóq; & Aristoteli & iteratio ipsa uerborum ac nominum, & repetitio frequẽtior, & omnis huiusmodi motus, actioni magis & certamini quàm stilo uidetur conuenire. Qua de re in tertio Rhetoricarum libro artium differit. Verum docet nos & Demosthenes & Cicero, eam optime orationem esse compositam, quæ cum illa ornamenta parium & cõtrariorum, & immutatorum uerborum habeat, ex quibus & ipsis tamẽ sæpe nõ ornatior quàm uehementior fit oratio, si in tempore & cum modo assumatur: tum his quæ ueræ adfectionis speciẽ præferunt texetur. Ita enim maxime exemplum & imaginem ueritatis continebat.

ἐπανάληψις. EPANALEPSIS, repetitio. Hæc figura tantũ à priore distat, quod in illa quidem una pars orationis bis repetitur: tum cõiunctum, tum interposito uno aut altero uerbo, quo uehementior elocutio uidetur fieri. At in hac ex plurium uerborum cõtinuatione repetita. Item quæritur, ut si dicas: Patriæ suæ quisquam ó dij immortales, exitium est machinatus. Hoc non potest. Iam non potest, inquam, libera hæc ciuitas esse.

ἀναδίπλωσις. ANADIPLOSIS, replicatio. Rarum apud oratores

figuræ

figuræ genus frequentius apud poetas, siquando tamē & in ciuilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autē inter hoc & illa duo superiora tantum, quod hic ea quæ in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum. Concurrerat ad tantæ rei nuncium, sicut commune ciuitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo uniuersus. Tale est & illud Terētianum, Negat Fannium esse hanc sibi cognatam Demipho. Hanc Demipho negat esse cognatam.

PROSAPODOSIS, redditio. Nomen hæc figura ex eo accipit, quod idē nomen in postrema parte membri, aut eadem quæcunque pars orationis redditur, est connexa. unde id membrum aut his ambitus cepit, ut si uelis hoc modo eloqui, cum quid quasi indigneris aut doleas tibi. Sceleratissime omniū imputare omnes calamitates suas debet Resp. tibi. Aut sic. Hæc ó dij immortales, in ciuitate moliri ausus est Glaucia. προσαπόδοσις.

EPANAFORA, quod relegatum uocant. Hac figura uel frequentissime & Demosthenes, & inde Tullius, & omnes uehementes oratores utuntur: unde præcipue & ipsi commoti uideri uolunt, & iudicem commouere. Constat autem ex eo, quod eadem pars orationis sæpius per singulos ambitus, aut per singula membra, interdum etiam breuis per cæsa quæ κόμματα appellant, hoc modo. Verres calumniatórem appone- ἐπαναφορά.

bat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronũciabat. Aut si dicas. Ille uenire hostes nunciauit, ille uos in motũ belli compulit: ille in tumultu ut ciuitas esset effecit. Per ambitum autem repeti potest eadem pars orationis sic. Tam diu Tiberius Gracchus populo gratus fuit, quàm diu leges ad uoluntatem eius, non ad utilitatem Reip. compositas ferebat, tam diu C. Gracchus, quamdiu legibus agrarijs & frumẽtarijs, & cæteris profusionibus ærarijs multitudinem imperatam promerebatur. Tam diu Saturninus plurimum potuit, quàm diu easdem illas frumentarias largitiones, & agri diuisiones pollicebatur.

ἀντιστροφή. ANTISTROPHE, conuersio. Species huius figuræ cum eandem ferè uim habeat, contraria est superiori, eo quod ibi ab eadem parte orationis sæpius incipitur, hic in eandem partem definitur. Cuiusmodi est hæc pro Fonteio. Frumenti maximus numerus è Gallia. peditatus amplissimæ copiæ è Gallia. equites numero plurimi è Gallia.

συμπλοκή. SYMPLOCE, connexum. Hæc figura ex utraque earum, quas supra demonstrauimus, composita est, utramque orationis speciem circumdat. Nam & incipit sæpius ab una parte orationis, & totidem in unam atque eandem definit, ut hæc se habet. Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decemuiros creauit? Idem Rullus.

Polyptoton

POLYPTOTON, ex pluribus casibus. Hanc figurã ex eo nominauerunt, quod cum sæpius initio ab eadem parte orationis stat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo. Senatus est summi imperij consilium. Senatui Reip. cura mãdatur. Ad Senatum in dubijs periculosisque rebus omnis ciuitas respicit. Generibus autem hoc modo. Pulchra autẽ hæc fama contigit ciuitati, si optime meritum ciuem damnauerimus: pulchrum erat exteras nationes existimare infestiores nos esse bonis quàm malis. Pulchre communibus utilitatibus cõsulemus, si quos oppressos & hostes cupiere nos circumuenerimus. Numeris autem sic. Grata semper singulis fuerunt, quæ commodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior Africanus senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia à populo liberauit. πολύπτωτον

SYNONYMIA, communio nominis. Vtimur autem eo genere elocutionis, quoties uno uerbo non satis uidemur dignitatem aut magnitudinem rei demõstrare, ideóque in eiusdem significatione plura conferũtur, ut si dicas, prostrauit, afflixit, perculit. συνωνυμία.

TAVTOLOGIA. Eandem pluribus uerbis significat hoc schema. Differt autẽ perexiguo proxima à superiore figura. Ibi etiam singulæ partes ex ordine idem significantes ponũtur: hic unius nominis aut uerbi prius ταυτολογία

bi prius positi uis deinceps pluribus uerbis explicatur, ut si dicas, Senatus Pop.q; Rho. summum consilium, à quo ordine iura exteræ nationes petunt. Hic enim unũ nomen senatus, prosecutionem accipit ex pluribus uerbis non aliud significantibus. Qui enim summum consilium dicit, & eum à quo exteræ nationes iura petunt, non aliud quàm senatum dicit, sed prosequendo latius ornauit elocutionem.

κλίμαξ. CLIMAX, quod Græci uocãt, ascensus nominetur à nobis. Malo em̃ ascensus, quàm scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autẽ figura perq; decore & à Demosthene cõmendata, in qua postremũ quodque uerbum in priore membro aut parte aliqua elocutionis positum, in superiorẽ cursum assumpta inijcitur, atque ita uelut gradibus quibusdam cõnectitur oratio, ad hunc modum. Ponam enim ipsum Demosthenicũ uersum, Et non dixi quidem hæc, nec scripsi quidem: nõ profectus sum autem ad legationem, nec profectus quidem: non persuasi autem Thebanis, nec persuasi quidem. Hæc autem animaduertitis, quãto ea latius dicta sint, quàm si simpliciter enunciasset, & dixi hæc & scripsi, & in legationem profectus sum, persuasi Thebanis. Sic em̃ Tullius pro Milone. Neque uero se populo solum, sed etiam senatui cõmisit: nec senatui modo, sed etiam publicis præsidijs & armis. Neque his tantum, sed etiã eius potestati, cui senatus totam Remp. commisit.

Partẽ

Parte autem usus est figura. Nam in tertio gradu, contentus fuit dicere, neque his tantum, ne rursum totum illud repeteret: neque solum publicis præsidijs & armis tantũ, uidelicet quia & in longum & insuaue futurũ erat. Egregie autem, & ut mihi uidetur feliciter, Licinius Caluus in Vatinũ. Non ergo pecuniarum magis repetendarum quàm maiestatis, magis quàm Plauciæ legis, neque legis magis quàm ambitus, neque ambitus magis quàm omnium legum omnia iudicia perierunt.

Solutum. sic enim uoco, quod ἀσύνδετον Græci uocant. Fit autem ita, ut demptis disiunctionibus & propositionibus, quibus uerba & non uerbis nominibus aut appellationibus particulis consecuntur, singulatim unumquodq; enunciamus. Cuius rei frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullij. Sed uel hoc unum ad exemplum sufficiet. Exopto uim edicti, seueritatẽ prætoris. faueo oratori, cupio, opto damnari Apronium. In his enim animaduertimus, nullam neq; disiunctionem, neque propositionem interpositam. Facit autem figura hæc & ad celeritatem, & ad uim doloris aliquam significandam, qua plerumq; cum commoti sumus, hoc modo incidere solemus. Illud etiam præceptum habeto, autori ueræ causæ nunquam timendum esse, ne nimium sit in figuris sententiarum. Si enim fieri possit, ut omnes non ad aliquam utilitate figurentur, non uitandum. Verum & optabile est elocutionis figu

ris modum adhibendũ, & his maxime quas diximus, ad oſtenſionem magis quàm ad certamen facere, in quibus paribus paria reddantur, aut ſimili caſu aut ſono determinantur. In his etiãm iteratione uerbi, aut repetitione, aut aliquocunq; huiuſmodi motu accidunt, in elocutione tam diu commorandum erit, quàm diu non in faſtidium & ſatietatem audientis incurrit. Melius itaque eſt pluribus huiuſmodi figuris uti, & exemplis uariari elocutionẽ, quàm diutius in hiſdẽ manere.

DIſiunctum ſiue iniunctũ. Hæc figura ita ornat & amplificat orationẽ, ut diuerſis redditionibus uerborum membra quæ uocamus κῶλα, diſiungat ac ſeparet ſiue duo ſiue plura, hoc modo. Capuam colonis deductis occupabũt, ac etiam præſidio communient Nuceriam: Cumas multitudine ſuorum obtinebũt, cætera oppida præſidijs deuinciẽt. Tale eſt & illud. Veniet igitur ſub præcone tota Propontus atque Helleſpontus; addicetur communis Oralytiorum atq; Cilicum, Mœſia & Frygia. Veniet Propontus atque Helleſpontus, idem conditioni legiq; parebunt. Animaduertere autẽ potes nihil intereſſe, utrũ in poſtremis partibus membra diſiungantur, uiciſſitate uerborum, an in primis an hoc uiciſſim fiat.

διεζευγμένον DIEZEVGMENON, ſiue epizeugmenon, diſiũctũ ſiue iniunctum. Hoc genus enumerationis diuerſam habet uim à figura ſuperiore. Ibi enim copia uerborum

borum iactatur, hic breuitas. Nam ut in superiore singulis membris singula diuersa reddimus, ita hic plura in uno coniungimus. Quale est hoc. Quorum ordo humilis, fortuna sordida, natura turpi oratione abhorret. Hoc enim postremum abhorret, ad tria refertur. Sin autem hæc figura tum ita ut in postremo sit pars orationis, quæ duo aut plura membra coniungat, tum in primo, tum in medio in lectionem, sic ἐπιβολὴν uocemus licet. Præstat autẽ uim orationi pluribus uerbis in eandem rem collocatis, non idem significantibus, sed maius semper ac maius aliquid, hoc modo. Verberatur, cruciatur, necatur.

PLEONASMOS. Plus necessarius eius figuræ usus. In eo est ut uerba quidẽ adijciamus, non tam enunciandæ rei necessaria, quàm ut ex his magnitudo uel dignitas, uel moralis aliqua commentatio, aut deniq; species motura iudicem circũponatur. Alioquin si nihil eorum additio uerbi efficit, uitiosa erat. Itaq; si dicas, M. Cato ille, quãuis sufficiat nomen tantũmodo posuisse, uidearis significasse addito ille. Item hoc. Quæ mala est ista uoluntaria seruitus? Cum possit satis significatum esse, quæ nam est ista uoluntaria seruitus, plus quidem habuit ex eo quæ malum positum est. πλεονασμός

ELLIPSIS, id est detractio, cõtraria superiori figuræ. Ornatur oratio, cũ uerbũ aliquod detrahimus à sua significatiõe, hoc modo. Et illi quidẽ quia se morte ἔλλειψις

inimici repulit, ignosco. Videntur autē mihi iudices, qui sententias pro illo tulerunt, nā multas fuisse audio. Hic apparet tum illud deesse. Videntur autē mihi & iudices idē sensisse uel ignouisse, sed quia intellegebatur: is detractum est, ut ipsa celeritate cōmotior esset enunciatio.

Hæc sunt ueræ elocutionū figuræ, animaduersione dignæ. Iam illud sua sponte intellegere possit, sæpe plures elocutionis figuras cōcurrere. Nam qui sic loquitur, Athenienses Asiæ partē eam quæ Ionia cognominata est, colonis cōmunierūt: Dores Italiæ eam regionē quæ Græcia est nominata occupauere, tres in unum figuras cōtulit, isocolon, omœoptoton, diezeugmenon. Itemq; hoc & in cæteris figuris accidere poterit. Illud ad postremū præcipiendū uidetur, Ne ꝓposita tibi figura, quæras elocutionē his subiungere, si ita uerba colligas, ut in eam figuram quam destinaueris incidant. Infirmum enim hoc & puerile erit.

Hæc consuetudo multa elocutionis, in qua figuras huiusmodi recognoscas, & assiduitas stili cū ipsa exercitatio cōmouerit dicendi facultas. Item in has formas ultro incurrit, ut cū quibus, & quo tempore utendum sit, possis dijudicare. plurimū optimorum Demosthenis præstabit M. Tullio, nedum copiam imitatur, in nimietatem incidamus cauendum est.

RHOMANI AQVILAE DE NOMINIBVS FIGVRARVM LIBRI, FINIS.



IVLII RVFINIANI DE FIGVRIS SENTENTIARVM ET ELOCVTIONIS, LIBER.



ACTENVS Aquila Rhomanus ex Alexandro Numenio, exinde ab eo præteritas, alijs quidem proditas subtexuimus schemata dianœas.

IRONIA, partes eius chleuasmos siue epicertomenesis. Charientismos siue scomma. Astismos, diasyrmos, oudenismos, sarcasmos, apophasis siue eteologia, aporia, anacœnesis, aganactesis, apodoxis, apoplanesis, aphorismos siue diorismos, aræ, deesis, diabole, dianœa, apophonema, dialogismos, epiplexis siue epitemesis, omœosis, icon, omœon, epagoge, epitrope, euche, epiphonema, enthymema, epanalepsis, prupergasia siue proparasceue, parrhesia, paradoxon siue hypomene, protrope, pathopeia, syncrisis siue anthitesis, hyperbole.

IRONIA. Elocutiuncula Salustiana commodissime exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promptum habeamus, & sententiam enuncia- εἰρωνεία.

tionis in contrarium à uerbis accipitur. ut apud Vergilium: Scilicet is superis labor est. Apud Tullium pro Ligario: Nouum crimen Caij Cæsaris. & cætera. In Clodium & Curionem: Tu uero festiuus, tu elegans: tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus. & cætera. Ironiæ aũt spẽs sex, Chleuasmos siue epicertomenesis: Chariẽtismos siue scõma: Astismos, Diasyrmos, Exuthenismos, Sarcasmos.

χλευασμός. CHLEVASMOS siue epicertomenesis. Hæc figura risum excitat, & seuere ꝓposita, uafre excutit, eludens personarũ aut rerũ comparationẽ. ut apud Vergiliũ: Méque timoris Argue tu Drance. Apud Ciceronẽ. Quasi uero ego de facie tua catamite dixerim, uel aliâs potuisti cõtumeliosius facere. si tibi hoc Parmeno alloqui, ac nõ ipse Parmeno nũciasset.

χαριεντισμός CHARIENTISMOS siue scõma. Hac figura fit festiua dictio, cũ amœnitate mordax. ut apud Ciceronem: Infirmo corpore atq; ægro colore, ut ipse indicare p.u. Et apud eundẽ. Facit eni ut uultũ ipsius, & illam usque ad talos demissam purpurã cogitetis.

ἀστεϊσμός. ASTISMOS urbana dictio. Hac figura fit, exercitatis alijs ingenua festiuitas. ut apud Ciceronem. Respicite respicite iudices hominum fortunas, respicite Fabricij senectutẽ. Cũ hoc respicite ornandæ orationis causa sæpe dixisset, respexit ipse. at Fabritius à subsellijs demisso capite discesserat, & aliâs negabat uirum iustũ, nequã esse Verriniũ: & illi alij execrabãtur sacerdotem,

dotem,qui tam nequam Verrem reliquisset.

DIASYRMOS. Hæc figura fit, cũ rẽ aliquã aut personã eleuamus.ut apud Tulliũ. Est adhuc quod admirari uos uideo,non Verres,sed Quintus Mutius. Et in eodem.Sed repente tanquã è poto circa eo factus est Verres, redit ad se, atque ad mores suos. Et alibi. Quid ad hæc Næuius ridet? scilicet nostram amẽtiam, qui in uita sua rationem summi officij desideremus, & instituta bonorum uirorum requiramus. διασυρμός:

EXVTHENISMOS. Figura hæc fit, cum rem aliquã extenuamus,& cõtemptã facim⁹.ut apud Luciliũ. At magnum fecit,quod uerbis Græca Latinis miscuit. Apud Tulliũ pro Cinna. Eieci ego te armatis hoibus, non deieci,ut tantum facinus non in æquitate iuris, sed in una litera latuisse uideatur. Item in Philippicarum secunda. Nam quod quærebas quomodo redissem, ptima luce,nõ tenebris. Deinde cum calceis & toga,nullis caligis,nec lacerna. Cato apud Athenienses. Antiochus epistolis bellum gerit,calamo & atramẽto militat. ἐξουθενισμός

SARCASMOS. Hæc figura quibusdam uidetur eadẽ quæ chleuasmos,sed aperte perfectissimis ꝓpria significatione descripta est. Peculiariter enim fœdiora ea significamus,non tamen sine dicacitate concinna.ut apud Vergiliũ. Nouimus & qui te transuersa tuẽtibus hircis. Apud Ciceronem. Sexte noster,quónam etiã iura Lycurgis? Et pro Cælio. Quod facere uehementius, σαρκασμός

nisi

nisi mihi intercederent inimicitiæ, cum istius mulieris uiro fratre uolui dicere semper, hic erro.

ἀπόφασις. APOPHASIS, siue eteologia, uenustum schema, ubi quasi alio interrogante, nobis ipsis respondemus & rationem reddimus. Cicero pro Tullio. Siqui in foro occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem quia ius constitutum nullum est: quid si se telo defenderit, nō iniuria? quid ita quia constitutum est? Cæsar pro Bithynis. Quid ergo syngraphæ, nō sunt, sed res aliena est. Et hactenus ubi nobis respōdemus, aliâs ubi alijs. Quod nisi arte præcedit, causam prodit: ut apud Vergilium, interrogante Adero, quod negare non poterat, subtiliter occurrit, ne furtum fecisse existimetur. An mihi cantando uictus non redderet ille? Testis interrogatus à reo, non fustibus uapulasset innocens, inquit? Aut cum dicitur. Quæro an occideris hominem, & respondetur, latronem, ut confessionem præcurrat defensio.

ἀπορία. APORIA, eadē est & diaporesis, addubitatio quædam. Cum simulamus quærere nos, unde incipiendum: quid potissimum dicendum, an omnino dicendum. Cumque artificialiter simulamus non sibi res inuenire, non paratos uenisse. Cicero in Verrem. Quem quemnam recte admones, Polyclitum esse dicebant. Et de domo sua apud pōtifices. Tibi literas ille misit, quas aut nunquam misit, aut si misit, in concione recitari noluit. Itaq; siue ille misit, siue tu protulisti, certe consilium

tuum

tuum de honore Catonis nudatum est.

ANACOENOSIS. Communicatio est,cũ aut ipsos aduersarios consulimus,aut cum iudicibus delibe ramus. Cicero in diuinatione. Decedente iam me hercu les extra hanc contentionem,certamenq̃ nostrum & re liqua,est & idiotismos. Item pro Quintio. Si Dupondius tuus ageret Sex. Naeui,si in paruula recapitulatio nis aliquid uererere,statim ad Gaium Aquiliũ,aut eorum aliquem qui consuluntur cucurrisses,cum ius amici tiae,societatis,adfinitatis ageretur. Item ibidẽ. Ego hunc pro te hos cõsulo post tempus,& in aliena re, quoniam tu in tua re cum tempus erat consulere oblitus es. Quaero abs te Gai Aquili, L. Lucille, P. Quintilie, M. Marcelle,uadimonium mihi,nõ obijt quidam socius & adfinis meus,quo cum mihi necessitudo uetus controuer sia dare,pecuniaria recens intercedit. & caetera. Item pro Sextio. Si recte uestram bonitatẽ atq; prudentiã agno ui enim,multum me fallit.si conq. r.s. primum expecta ri Cato,si uos in eo loco essetis, quid aliud faceretis? Et alibi. Communem rem puta tu,ac uos huic propositos. Vergilius. Fuit & tibi talia Sancire genitor Dauni, miserere senectae. ἀνακοίνωσις

AGANACTESIS,indignatio. Quae fit maxime p/ nunciatione. Ennius in Iphigenia. Menelaus me obiurgat,id meis rebus regimen restat. Vergilius. Cantando tu illum aut unquã tibi fistula cera, Iuncta fuit? ἀγανάκτησις

h Cicero

Cicero pro Sylla. Fero ego te Torquate iam dudũ fero.

ἀπόδοξις. APODOXIS siue apoplanesis, Reiectio uel probatio quarundam rerum, quasi in quæstionẽ non uenire dignarum, neque oportuisse aut ab aduersarijs poni, aut à nobis quæri, aut à iudice postulari. Quod schema mire facit accelerate fugiendum, ut & tacuisse, & tamen non timuisse uideamur, ut in re difficili & contraria non hæreamus. In qua figura breuiter morati ad aliud statim trãsire debeamus. Cicero ꝑ Cælio. Equitis R. autẽ esse filium, criminis loco ab accusatoribus n. h. p.

ἀποπλάνησις. APOPLANESIS est, aut iudicis à re contraria nobis auocatio, quam cum desiderat, aut ab aduersario commouetur, ut quærat nos obscurando & miscendo & promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco ad aliam rem auocamus. & rursum dum dicimus sensim ad aliud transimus, & ab eo quod contra nos est auocatur, & suspenditur iudex: uel cõiuncta rerum multitudine implicatur, ut non de uno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam. ut pro Cluentio fecit Cicero. In qua oratione tenebras se offudisse iactauit iudicibus Cluentianis. Intellegãt nihil me nec subterfugere uoluisse reticendo, nec obscurare dicendo. ego me iudices ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo non usq; eo efficaciam profecto deinde uersatam esse in iudicio pecuniam constat totum caput, deinde unum quidem nemo erit tam inimicus Cluentio úsque ad finem

ad finem capitis ipsius.

APHORISMOS uel diorismos, descriptio rerũ per reprehensionem, quæ exprimit & corrigit uim sententiæ, & potestatem. Quare potest uideri species emendationis: namque temere dixeris reprehendet. Tullius. Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Aut aliàs. Ciues, inquã, si hoc nomine appellare fas est. ἀφορισμός.

ARIA, execratio. Execratio oratoria apud Ciceronem. O scelus, ó portentum in ultimas terras exportandum. Apud Vergilium. At tibi pro scelere exclamat ꝓ talibus ausis. Dij si qua est cœlo pietas quæ talia curet. Persoluat grates dignas. ἀρειά.

DEESIS, obsecratio uel obtestatio, qua deos oramus, aut homines. Cicero pro Deiotaro. Per dexteram istam tuã ego obtestor, per ego has lachrymas. Pro Roscio. Meta Ironias rogat, oratq; te Chrysogone apud deos. Vergilius. Per superos atq; hoc cœlum, per ego has lachrymas, dexteramque tuam te. Plautus. Ita te deos obtestor per senectutem tuam. δέησις.

DIABOLE, criminatio & quasi denunciatio eorum quæ futura sunt. Cice. pro Milone. Erit ille atq; in luce se & die. &c. Terẽtius. Videre uideor iam illũ diem quo hinc egens profugi & aliquò militatũ. Apud Vergilium. Sed non ante datã cingetis mœnibus urbẽ. &c. διαβολή.

DIANOEA. Hæc figura fit proprie, cũ proponitur nõ id quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius. Do διάνοια.

lobella autem quemadmodum homines nobiles usq; iniuriam fortiſſime perſeuerat. Vergilius. Furor arma miniſtrat. Applicatur huic figuræ etiam chria ſententia neceſſaria. ut Cato in Thernũ. Poſt cenſuram qui uentrem ſuum non pro hoſte habet, qui pro Rep. non pro ſua obſonat: qui ſtulte ſpondet, qui cupide ædificat.

ἀποφώνισμα. APOPHONISMA, ſententia reſponſiua. ut apud Cælium. Fac uelis perficies. Apud Tullium. Literarum radices amaras, fructus dulces.

διαλογισμός. DIALOGISMOS. Hæc fit ita, cũ quis ſecum diſputat, & uolutat quid agat, uel quid agendum putet. Apud Terentium. Quid igitur faciam? Vergilius. En quid ago? Rurſus ne irriſa priores experiar? Cicero pro Cluentio. Dem iudicibus mihi. Igitur nihil quæretur. In Verrinarum libro primo. Si populo redimitur, mihi præda de manibus eripitur: Quod eſt igitur remedium, quod?

ἐπίπληξις. EPIPLEXIS ſiue epitmeſis. Fit hæc figura cum iurgamus aut coarguimus. Cicero in Catilinam. Patere, tua conſilia non ſentis, quæ noſtrum ignorare arbitraris. Terentius. Non ego te uidi manum. Vergilius. Non ego te uidi Dammonis peſſime caprum?

ὁμοίωσις. OMOEOSIS. Ineſt ibi paradigma pabolæ. Omœoſis eſt, cum per ſimilitudinẽ res præſtantur. Cuius ſpecies ſunt primæ duæ, paradigma & patabole. Harum diſtantia eſt, quod paradigma facit uera exempla.

pla, parabole ficta ostendit.

PARADIGMATOS quidē triformis est ratio. Nā exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumq; personam sine sermone. ut Cicero in Catilina. Neque enim potuisset aut illa hala usque assis sceleratos ciues interimere. Sermonē sine persona, Catonis est dictum. Pedibus compensare pecuniam. Sed sermone pariter & persona. Cicero pro Roscio. Est ne hoc illi dicto atq; facto Fimbriano simillimum. Rursum parabola & ipsa tripartita est, per Iconomœon epagogen. παράδειγμα

ICON fit, cum perfectæ formæ similes conferuntur. Vergilius. Talis Amyclei domitus Pollucis habenis. Cicero de P.R. Mare quod sua natura tranquillum sit, uentorum ui agitari & conturbari solet. sic P.R. εἰκών

OMOEON. Hæc figura fit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur. ut Vergilius. Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat. Etiam in actu fit omœon. ut isdem Vergilius. Non aliter quàm si immissis ruat hostibus, omnis Carthago aut antiqua Tyros. Cicero in Verrinis. Subcinctam Scyllam lupis & canibus, cū pubetenus uirgo sit similem esse, Verris & comitem illius, quibus quasi canibus succinctus sit. ὁμοιομ.

EPAGOGE. Fit hæc ex rerum similium collatione uel argumentorum, salua tamen similitudine rerū. ut Vergilius. ἐπαγωγή

Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem, Pressit humi nitens. Et Cicero pro Roscio. Comparat occupationes Iouis optimi maximi, Syllæ rebus gestis propius. Argumento autem. ut Lucius. Nam si tu fluctus undasque è gurgite salso tollere decreueris, uenti prius, Hæmatium uentum inquam tollas t.c.q.i.l.

ἐπιτροπή. EPITROPE. Hæc fit, cum figurate cōcedimus, quod uelit quis faciat. ut Vergilius Aen. pri. Sequere Italiam uentis, pete regna per undas. Et Cicero. Quod expectas proficiscere nimium iam diu te imperatore tua illam. e.d.

εὐχή. EVCHE, precationes. Vergilius. Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro. Cicero in Catilina. Cū inuocat Iouem ad pœnam coniuratorum. Atq; ita concludit. Aeternis supplicijs uiuos mortuosq; mactabis.

ἐπιφώνημα. EPIPHONEMA. Hæc sententia in fine expositæ rei cum adfectu enunciatur. Cicero in Verrinis. Non uitam liberam, sed mortis celeritatem precabantur.

ἐνθύμημα ENTHYMEMA. Fit cum periodos orationis ex contrarijs sententijs astringitur. Apud Lucilium. Si me nescire hoc nescis, quod quærere dico, quare diuinas quicquam, aut quare debes ipse & si scis q. b.e. scire hoc d.t. Cicero in diuinatione. Qui te neque uelle sua causa, nec si cupias p.a.r.i. id est, mea fuit his. & cætera.

ἐπανάληψις EPANALEPSIS. Repetitio sententiæ propter aliam necessariam causam, non ut fit in figuris elo

cutionis

cutionis,sed apud Lucilium. Vel cōcilio uestrum quod dicitis,olim coelicolæ adfuissemus priore concilio. Cicero pro Rabirio. Libenter si esset integrum profiterer. Idem Saturninum C. Rabiri manu interfectum, nihil me iste clamor commouet, usque hoc libenter inquam profiterer.

PRVPERGASIA, uel parasceue,præmunitio.Qua ante utimur,ut confirmaret id quod subiecturi sumus. Vt si testem producturi sumus, ante est,ei fidem habendam esse doceamus. Quare uelut generalis locus,& tractatus communis est. Cicero pro Milone. Ante præmunit licere hominem occidere, & cum subito occisum P.Clodiũ iure & sine inuidia,cũ ita dicit. Negant intueri lucẽ esse fas ei,quia se esse hominem occisum fateatur. In qua tandem ciuitate hoc dem. προπαρασκευή

PARRHESIA, oratio libera, quam Cornificius licentiam uocat. Cicero pro Ligario. Suscepto bello Cæsar gesto, etiam ex parte magna nulla coactus. & cætera. Contra idem. Quid aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest,nos possemus. interdum adulanter inducitur. Hic adulatio est pro arbitrio, perduellionis libere, cum ait. Quin continetis uocem uestram indicem stulticiæ testem paucitatis. παῤῥησία

PARADOXON siue hypomene, sustentatio uel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum, Deinde subicit aliquid eò contra expectationem auditoris παράδοξον

toris siue magnũ siue minus, & ideo sustentatio uel ino pinatum dicitur. Cicero pro Ligario. Hinc prohibitus non ad Cæsarem ne iratus, non ad domũ ne iners, non aliquam in regionem non concau. ill. q. s. & cætera.

προτροπή PROTROPE, adhortatio ad aliquam rem est, & palilogia. Vergilius.

Nunc nunc insurgite remis hortor uos socij.

Cicero in Verrem. Hi actionis liberi, uos quod ad ue stram famam senatusque consulta pertinet iudices, pro spicite atq; consulite. & cætera.

παθοποιΐα PATHOPOEIA. Hæc uel odio, uel iracundia, uel mi sericordia cõmouetur. Vergilius. Domus interior gemitu miseróque tumultu miscetur. Cicero pro Roscio. Nemo erat qui nõ arderet, illa omnia mallet, quàm uidere in Sex. Roscij bonis dominātē. & cætera. Apud eundem in Verrem. Clamor interea fit, tota domo pu gna, inter seruos rubri atque hospitis. & cætera. Alio lo co. Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmen ta circumdare, ignemque subeo c. p.

σύγκρισις SYNCHRISIS, siue anthithesis, comparatio rerum atq; personarum inter se contrariarum. ut ego pro iector quod tu peccas, tu delinquas, ego arguor pro ma lefactis, Helena redeat uirgo, pereat innocens: tua re concilietur uxor, mea negetur, filia mea. Cicero pro Mu rena. Vigilias tun' de nocte, ut cõsultoribus tuis respon deas: ille ut mature quò incendit cum exercitu perue niat.

niat.& cætera. Item in Verrinis. Iste multo sceleratior & nequior quàm ille Adrianus, aliquãto etiam felicior fuit.& cætera.

HYPERBOLE, aliis tropus uidetur: Cæterum fit, cum excedit ueritatẽ sententia. Apud Vergilium. ὑπερβολή.
Qui candore niues ante irent, cursibus auras.
Apud Tullium. Campus ipse me causam p.d.l.

IVLII RVFINIANI DE FIGVRIS SENTENTIARVM ET ELOCVTIONIS LIBRI. FINIS.



IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS LEXEOS.

πρόληψις. ROLEPSIS est schema λέξεως, id est, figura elocutionis, cum ante numerus reddit͂ uerbis, quàm res personæ assinianť. ut Nec tantũ Rhodope miratur & Ismarus Orphea. Et, Interea reges (ingenti mole Latinus, Quadriiugo uehitur curru. Latine appellari potest præsumptio uel anticipatio.

σύλληψις. SYLLEPSIS est, cum duabus diuersisque sententijs & rebus unũ datur uerbum, minime utrisque conueniens. ut, Inclusos utero Danaos & pinea furtim Laxat claustra Sinon. Laxat em̃ & ad Danaos referri nõ põt, sicut ad claustra. Et, Optime Graiugenũm, cui me fortuna precari, Ac uitta comptos uoluit prætendere ramos. Non enim sicut cui prætendere ramos, ita & cui precari potest uideri ratione connexum. Et, His quidam signis atq; hæc exempla secuti. Hæc Latine dicitur correptio.

ζεῦγμα. ZEVGMA est, cum unum uerbum communiter multis sententijs iungitur ad omnes pari significatione

gnificatione pertinens,& adnexum.ut, Aeneas urbe & socijs & classe relicta. Latine hæc figura dicitur ligatio uel adnexio.

HYPOZEVXIS est,cum singulis rebus,sententijs/que,singula debita uerba iunguntur. ut, Procumbunt piceæ,sonat icta securibus ilex, Fraxineæque trabes cuneis, & fissile robur Scinditur, aduoluunt ingentes mõtibus ornos. &, Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis. Glande sues redeũt læti,dant arbuta syluæ. Et uarios ponit fœtus autumnus, & alte Mitis in apricis coquitur uindemia saxis. Hæc figura Latine uocabitur subiunctio uel subinsertio,uel subnexio. ὑπόζευξις.

EPANALEPSIS est, eorundem uerborum simul positorum, eiusdemque sententiæ post multa interiecta,cum aliqua periodi conclusione facta repetitio. ut,Huc pater ó Lenæe, tuis hic omia plena Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno,Floret ager, spumat plenis uindemia labris, Huc pater ó Lenæe ueni.Et,Pastorum musam Dammonis & Alphesibœi, Immemor herbarũ,quos est mirata iuuenca.Certãtes quorũ stupefactæ carmine lynces.Dãmonis musã dicemus & Alphesibœi. Latine hæc figura dicitur resumptio uel repetitio. ἐπανάληψις.

EPANAPHORA est, cum ab eodem uerbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt.ut, Hic gelidi fontes, hic mollia prata Licori. Hic nemus,hic ipso tecum consumerer æuo. Et, Num fletu ingemuit nostro? num ἐπαναφορά.

lumina flexit? Num lachrymas uictus dedit, aut misera tus amantem est? Et, Bellum o terras hospita portas. Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Et, Ver adeo frondi nemorum, uer utile syluis: Et, Nocte leues stipulæ. Melius enim Latine hæc figura dicitur iteratio.

παλιλογία PALILOGIA est, cum uerbum quod in prima sententia est ultimum, in sequēte primum. ut, Pierides uos hæc facietis maxima Gallo. Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas. Et, Addit se solam timidisq; superuenit Aegle. Agle Naiadum pulcherrima. Et, Deiphobum uidi lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas. Et, Concurrunt Tyrrenæ acies. Latine dicitur egressio.

ἀναδίπλωσις. ANADIPLOSIS est eiusdem uerbi continuatim repetitio. ut, Longum formose uale, uale inquit Iola. &, O Corydon Corydon, quæ te dementia cepit. Et, Me me assum qui feci. Latine dicitur hæc figura duplicatio.

ἐπαναδίπλωσις. EPANADIPLOSIS est, cum idem uerbum in eadem sententia & primum est, & extremum. ut, Cæsaris & nomen, & famam tot ferre per annos. Tithoni prima, quod abest ab origine Cæsar. Et, Ante nouis rubeant, quàm prata coloribus ante. Et, Vnū illud tibi nate dea, próque omnibus unum. Et, Ipsum obtestemur, ueniamq; oremus ab ipso. Latine dicit̃ inclusio.

METATHESIS eſt,cũ quod ante dictum eſt,poſt ponitur:& quod poſt dictum eſt, anteponitur. ut,E ripis ut perdas,perdis ut eripias. μετάθεσις.

DIACOPE ſiue diaſtole eſt, cum inter duo eadem uerba diuerſum ponitur aliquid medium.ut, Cul patuſue paris diuûm indementia diuûm. Et, Duc age duc ad nos. &, Scis Proteus ſcis ipſe. Latine dicitur ſeparatio. διακοπή.

PARENTHESIS eſt,cum ordinata ac legitima ſententia interrumpitur per alienum extrinſecus, diuerſamque ſententiam.ut, Vare tuum nomen ſuperet modo Mantua nobis.Mantua uæ miſeræ nimium uicina Cremonæ. Cantantes ſublime ferunt ad ſydera cygni.&, Ipſiq; ſuos iã morte ſub ægra Diſciſſos. Latine hæc figura dicitur interruptio uel interiectio. παρένθεσις.

ANTITHESIS eſt,cum uerbum uerbo pari poteſtate per contrarium redditur.ut, Séque nouo ueterum deceptum errore locorum. &, Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus. Latine contrarium uel oppoſitio poteſt dici. ἀντίθεσις.

PLOCE,cum idem uerbum ſententiáue ad conſummationem ſuperioris retorquetur. ut, Vos ó quibus integer æui. Quale forſitan & illud accipi poteſt, Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet. Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice uictum. Latine dicitur implicatio uel retractatio. πλοκή.

παρονομασία. PARONOMASIA est, secundum prædictum uerbum, positio alterius, ipso poscente sensu. ut apud Terentium. Nam inceptio est amentium, haud amantium. & , Tibi erunt parta uerba, huic homini uerbera. Quale illud poterit forsitan uideri, Nec quisquã errantes acies læturnq; ferentis Sustentare ? Contra & aliter. Pubesque tuæ, pubesque tuorum. Latine dicitur adnominatio uel adfictio.

παρασ͗μένον PARAGMENON est æque similis figura, cum & supradicto uerbo aliud deriuatur. ut, Vltro Ipse grauis, grauiterque ad terram pondere uasto Concidit. Et, Oppetere ingentem, atque ingenti uulnere uictum. &, Voce uocat Hecaten. Ire iter, & castris audebit uellere signa. Latine deriuatio dicitur.

ἐπανόρθωσις EPANORTHOSIS est, cum supradictum uerbum uerbo sequenti corrigitur. ut, Non subripere, hoc est furari. Latine dicitur correctio.

ἐπιστροφή. EPISTROPHE est, cum in eadem uerba plures sententiæ desinũt. ut sic aratus inæquali tonsore capillos. occurri. rides si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ, uel si toga dissidet impar Rides, Quale forsitan sit Similis si cura fuisset. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. &, Impius ante aras, atque auri cæcus amore. Latine dicitur reuersio.

κλίμαξ. CLIMAX est, cum ex re in rem gradum tibi sententiæ faciunt. ut, Quæ Phœbo pater omnipotens

mihi

mihi. &, Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam: Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. Latine hæc figura dicitur gradatus.

ASYNTETHON eſt, uel diaditon, cum ratio nulla coniunctione connexa, uelut ſolutæ ſententiæ regulam ſeruat. ut, Conſiliunt, partim galea clypeóque reſultant. Irrita deflexit, partim ſtringentia corpus. &, Ipſi numerumque modumque carnis, nos æra manus naualia demus. Latine dicitur diſſolutio uel inconnexio. Aſyntethon autem modo per ſingula uerba fit. æra manus naualia demus. Et hæc eadem terram, mare, ſydera iuro. modo per plura uerba, & per ea quæ Græci uocant κῶλα. Denique quid ueſper ſerus uehat, unde ſerenas Ventus agat nubes: quid cogitat humidus Auſter, Sol tibi ſigna dabit. &, Nube caua ſpeculantur amicti, Quæ fortuna uiris, claſſem quo littore linquant, Quid ueniant. ἀσύνδετον.

EPANODOS eſt, cum duabus breuibus, pluribusue propoſitis, ad ſingularem enarrationem recurritur. ut, Diuellimur inde, Iphitus & Pelias mecū, quorū Iphitus æuo Iam grauior. &, Protinus Orſilochū; & Buthen duo maxima teucrûm Corpora, ſed Buthen auerſum cuſpide fixit. Loricam galeamque inter quâ colla ſedentis Inuenit. Latine dicitur euerſio uel egreſſio. ἐπάνοδος.

Paradiaſtole

παραδιαστολή. PARADIASTOLE est, cũ similes res discernuntur, contrarijs redditis. ut, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus uẽti nobis Amarillidis iræ. Et dulce satis humor, depulsis arbutus hædis. Lenta salix fœto pecori mihi solus Amyntas. Latine dicitur discriminatio.

διαίρεσις. DIAERESIS est figura sermonis, cum̃ fit rerum distributione. ut, Hic Dolopũ manus, hic sæuus tendebat Achilles. Classibus hic locus, hic acies certare solebant. &, Hic portus alij effodiunt. &, Ferit ense grauem Tymbræus Osirim. Hæc Latine dicitur distributio uel designatio.

ἀντίστασις. ANTISTASIS est, cum idem uerbum repetitur in contrario sensu. ut, Vna salus uictis, nullam sperare salutem. &, Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Hæc Latine dicitur intentio.

μετάστασις, μετάβασις. METASTASIS est, uel metabasis, cum alloquentis persona ad personam trãsitum facimus, ratione aliqua uel adfectu. ut, Nõ hæc Euandro de te promissa parenti Discedens dederam. Deinde, Et nunc ille quidem spe multum captus inani. Fors & uota facit. Deinde, Infelix funus nati crudele uidebis. Hi nostri reditus expectatiq́ triumphi. Hæc mea fides, at non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies. Hæc figura dicitur uariatio, aut transitus.

ἀποστροφή. APOSTROPHE est, cum sermo allecto & instituto ordine

ordine in diuersum ac contrarium uertitur.ut, Scipiadas bello duros, & te maxime Cæsar.&, Impulerit ferro.Latine cōuersio dicitur. Inter metastasin & apostrophen hoc interest,quod metastasis personarum multiplicata uariatio est, & ab alia ad aliam, deinde rursus ad aliam,& deinceps gratulatio transitur. At in anastrophe commutatio est personæ ferè unius.

SVnt autem & aliæ figuræ,mire orationi decus ornamentumq; tribuentes.Hoc à superioribus discere te oportet, quod non tam sententiarum perpetuarū sunt figuræ,quàm singulorum penè uerborum, & quod carent appellationibus proprijs. Fiunt autem per casus, numeros,præpositiones,genera,personas,& siqua sunt aliquarum exempla,summatim breuiterq; ponentur.

FIgura per casum genitiuū.ut si dicamus, Constans uir animi,pro constantis animi.Item alia.ut se habent ista.Isq; amens animi,& rumore accensus amaro. &, At non infelix animi Phœnissa. &, Actutum pius Aeneas atque integer æui Ascanius.&, Hic anni grauis atque animi maturus Aletes.&, Si quis dicat pecuniæ diues.ut,Insula diues opum.&,Diues equûm,diues pictāi uestis,& auri. Item,Quas illi læta bonorū.&,Expediunt fessi rerū.&, Ille mihi ante oculos felix functusq; laborum.Egregiusque animi.& siqua sunt talia.

FIgura per datiuum.si quis dicat, Timeo illi,pro timeo illo.& talia.ut, Et pariter comitiq; onerique ti-

mentem.&, Tunc decuit metuiſſe tuis.&, Hæc cum Dardanio Aneæ miranda uidentur, pro ab Aenea.& quæ antique dicta ſunt, cui nomen aſylo Rhomanum eſt. &, Cui nunc cognomẽ Iulo Additur.&, Cui Rhemulo cognomen erat.&, Cui nomẽ Amello Fecere agricolæ. Item ſiqua ſunt & alia.

FIgura per accuſatiuum.ut ſi quis dicat, Togam fuſus, pro fuſam togam habens.ut ſe habent iſta, Nodóq; ſinus collecta fluenteis.&, Sciſſa comã.&, Roſeas laniata comas.&, Tumidusque nouo præcordia regno. &, Infractum heſterno uenas ut ſemper Iaccho. &, Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Et quæ antique dicta ſunt. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.&, Numeros memini ſi uerba tenerem, pro numerorum memini. Item ſiqua ſunt talia.

FIgura per ablatiuũ. Si quis de quopiam dicat, Magnus uirtute, bonus bello, pro in bello.&, Erectus capite incedit. Vt ſe habent iſta, Purpureis criſtis iuuenes auróque coruſci.&, Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.&, Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen. &, Tereti ſubnectit fibula gemma. &, Qui forte tapetib9 altis Extractus. &, Quam tu ni ſpoliata armis excuſſa magiſtro Deficeret. Itẽ ſiqua ſunt talia.

FIgura Græca aut caſu uarietas.ut, Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.&, Placidó ne etiam pugnabis amori? pro tecum certat, & cũ amore pugnabis.

bis.&, Reddidit una boũ uocẽ,pro una è bubus. Item, ſimilia,aut præpoſitione detracta.ut,Maria aſpera iuro.&,Tyrrhenum nauigat æquor. Item quæ ſunt talia.

FIgura per perſonas.ut ſi quis dicat, Vos ſuperi Iuppiter precor. Vt ſunt iſta, Vos ó Calliope precor aſpirate canenti.&,Vos ó patricius ſanguis,quos uiuere fas eſt.Item ſiqua ſunt ſimilia.

FIgura per numeros ut ſi quis dicat, Populus locuti ſunt.ut, Pars in fruſta ſecant, ueruбusque trementia figunt.&,Pars calidos latices & ahena undãtia flammis Expediunt.&, Sæuitque animis ignobile uulgus. Tum pietate grauem ac meritis ſi forte uirum quẽ Conſpexere ſilent.Et ſiqua ſunt ſimilia.

FIgura per præpoſitionem ad.modo ſemel & ſimplicem poſitam. Vt ſi quis dicat, aduoluor illũ,pro ad illum uoluor.& accedo illum,quaſi ad illum accedo. ut,Explorare locos,quos uento acceſſerit oras.&,Nuncia fama ruit,matriſque adlabitur aures,Euriali.&, Electram Grai perhibent Atlantide cretam. Aduehitur Teucros.Modo ſimpliciter elatam.ut, Quin aderat ad eum,adgrediar ad illum.& ſiqua ſunt talia.

FIgura per præpoſitionẽ in.modo ſemel ſimplicẽ elatam. ut, Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.&,Tu calamos inflare leues,quaſi in calamos & in ebur flare.Et apud Saluſtiũ, Atq; eos à tergo incurrũt. quaſi in eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. ut,

Induerat Circe in uultus, ac terga ferarum. Induit in florem, & ramos curuauit olentes. &, Hunc ut prona iugo læuũ incumbebat in amnem. & si qua sunt similia.

FIgura per uerborũ qualitatem. ut, Caput uelor, pro caput uelo, aut capite uelor. ut, Capite ante aram Frygio uelabar amictu. &, Flaua caput nectũtur oliua. &, Pecudum fuluis uelatur pectora setis. &, Aut pacem Troiano ab rege petendum. &, Populare petentes, pro populari.

FIgura per modos temporum. ut cum dico, Libens fecero, ꝓ faciã. ut, Donec me flumie uiuo Abluero.

FIgura per aduerbiorũ qualitatem. ut cum dicimus, Ad illum cœno. ad uillam moror, pro apud uillam. &, terræ iacet, pro in terra. &, domi militiæq; res gestas. Et, Cuius domo nota est, annos sexaginta nat⁹. &, Tot annos Bella gero.

FIgura per pleonasmon. ut, Antiquũ obtines ut mortem occumbere, & obire diem, & uiuere uitam, & pugnare pugnam, & ire iter, & oculis uidere, & uoce uocans Hecaten. &, Hunc oro sine me furere ante furorẽ. Ac si qua sunt talia.

FIgura per eclogam uerborum. Vt cum enunciamus bonos dicere, fortes pugnare. Item, Da bibere, da cœnare. & Donat habere uiro. &, Cunctaturq; metu, letumque instare tremescit. &, Da sternere corpus. &, Da iungere dextram. &, Quale per æstum Dulcis

aquæ

aquæ ſalientis. Item, Reſtringere riuo. &, Hoc ridere meum tam nihil.

FIgura per eclogam aduerbiorum.ut cum dicimus, Magnum tonat,tumidum loquitur, magnumque fluentem Nilum.&, Vtq; uolutus ad terras.&, Immane ſonat per ſaxa.&, Nec longum lætabere.&, Graue olentis auerni.&,Horrendum intonat armis.&, Nauibus infandum amiſſis.Et ſi qua ſunt talia.

FIgura per pronomina.ut,Nullus dixeris,pro ne dixeris.&,Quis mulier.

FIgura per eclogam nominum.ut cum dicimus, Bonum eſt uirtus, malum infamia.ut, Dulce ſatis humor,depulſis arbutus hædis.&, Tale tuum carmen nobis diuine poeta,Quale ſopor feſſis in gramine.

IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS LEXEOS, FINIS.



IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS DIANOEAS.



CHEMATA DIANOEAS, id est, figuram sẽtẽtiæ intuentibus, aliquo à uulgari & simplici cum ratione mutamur. Cum omnes autem quæ orationẽ sensu figurant, generaliter figuræ communiterq́ꝫ dicantur: hæc tamẽ quæ proprie figura, ac specialiter dicitur, quæ in scholis uulgo usurpatur.

CONTROVERSIAE FIGVRATAE.

Huius specialis figuræ usus multiplex.

Vnus, si dicere manifeste parum totum est, ut dicuntur in eum figuræ, qui sub conditione abolitionis tyrannidem deposuit. ut, Præsens tutor libertatis, neque tamen immemor legum sum, quæ mihi semper sacrosanctæ fuerũt. Hoc eni aduersariũ percutit, cui non semper sacrosanctæ leges fuerunt. Quale est illud forsitan apud Vergilium, Tuq́ꝫ prior, tu parce, genus qui ducis Olympo. Proice tela manu sanguis pius. Nã simul causam belli ciuilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit priorem illum debere parcere, simul dolorem confessa, & in

iudicio

iudicio suo quærit, tanquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis, & ab Olympo genus ducat.

Secundus harum usus est figurarum, cum quid oblique nunciamus, quia dicere palàm minime licet, & inhonestum est. ut, Ferè figuræ in alterum patrem fiunt, cum quid hoc modo patrem uel ligat: placuit conditio patrimonij meo etiam patri, & ago illi gratias, quod ut uxorem hanc potissimum ducere hortatus est. Per hæc enim soceri cupido in aurum detegitur. Quale forsitan Vergilianum illud possit uideri, Illum non populi fasces, nec purpura regum Flexit, & infidos agitans discordia fratres. Non res Rhomanæ perituráque regna. Nam illum sentit & dicit, Non res Rhomanæ perituræ & regna flexere. Verum per res Rhomanæ, latet imperia dicta, sed regna uocat, tanquã non imperijs Rhomanis ista dicantur, sed de quibuslibet regnis.

Tertius usus est harum figurarũ, qui gratia uenustatis adhibentur, qui tamẽ ironiæ est proximus. Sed eiusmodi figuræ quæ iuuenibus in schola lasciuiuntur. ut Cornutus ait, Minimæ naturæ sunt, & parum ganeis foróque conueniunt. Nam in his quæ prodesse aut obesse causæ uidentur, cur quod nolis intellegi dicas? aut cur quod facias intellegi, inuoluas?

PROCATALEPSIS est schema dianœas, cum id quod aduersarius arrepturus est, aut quæ obiecturus, præsumimus ac prædicim⁹. Vt illud, Neque me Argolica προκατάληψις.

lica de gente negabo, Hoc primum. &c. Scio me Danais è classibus unũ, Et bello Argolicos fateor petiisse penates. Latine hæc figura dicitur præceptio uel anticipatio.

προκατασκευή. PROCATASCEVE est procatalepsi proxima, cum rei de qua acturi sumus, colorẽ præparamus, atque prætẽdimus. ut in illo, Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrẽt, usq; Quæ bella exhausta canebat. Nã primo de insomniis quæsta est, demum mirari se uirtutem hospitis dixit, & ueram fidem esse, à diis illum genus ducere: misereri etiã casus & errores, ut uerecundius postea de amore faterentur, quasi in affectum hospitis uel insomniis, uel admiratione calamitatis inducta sit. Hæc figura dicitur Latine præparatio.

ἀντιποφορά. ANTIPOPHORA est figura sententiæ, qua aduersariorum nobis sententias ac dicta proponimus, ac substituimus, in hoc tantum, ut illis respondeamus. ut, Verum anceps pugnæ fuerat fortuna, fuisset Sed periisse satis semel est, peccare fuisset Ante satis. Latine dicitur oppositio uel obiectio.

σχέσις. SCHESIS proxima figura est antypophoræ, qua aduersariorũ affectum quẽlibet fingimus cui respondeamus. ut in illo, Indignum est Italos Troiam succendere flammis, Nascentem, & patria Turnum consistere terra: Quid face Troianos atra uim ferre Latinis. Hæc nõ ita Iuno proposuit, quasi manifeste Venus indignũ esse dixisset, sed quasi indignum esse Veneri fingeret.

uel

uel suspicaretur. Hæc Latine dicitur adfictio.

ANASCEVE est superiorum proxima figura, qua ἀνασκευή.
ab aduersarijs maxima proposita destruimus ac redarguimus uelut falsa. ut, Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso, Interpres diuûm fert horrida iussa per auras. Latine dicitur destructio uel euacuatio.

EPITIMESIS est etiam proxima figura, cum aduer ἐπιτίμησις.
sarijs ijsdem uerbis quibus ab eo lacessiti sumus percutimus. Vt in illo, Quis deus in fraudem, quæ dura potētia nostra. Vbi hic Iuno, quia scilicet Venus dixerat, Si nulla est regio Teucris, quā det tua coniunx Dura. Et bis capti Fryges. Latine dicitur obiurgatio.

HYPOCRISIS est figura sententiæ, cum aduersa- ὑπόκρισις
rium gestu, & pronūciatione extollimus, uel abicimus, & spernimus. Vt in illo, Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera Iuncta fuit? Additur enim, Tu nullus alioqui, illum autē magnū in canendo. Non ego Daphni Iudice te metuam. Qui licet mihi iniquus es, & non recte iudicaturus. Latine dicitur pronunciatio.

IRONIA est figura sententiæ, laudis & orationis, & εἰρωνία.
magnificandi, non sine derisu in cōtrarium tendens. ut in illo, Egregiam uero laudem. & reliqua. Latine dicitur dissimulatio uel irrisio.

CHLEVASMOS est ironiæ proxima figura, cum χλευασμός
aliquos amara oratione non sine derisu insectamur ac lædimus. ut, En agros, & quam bello Troiane

lumina flexit? Num lachrymas uictus dedit, aut misera tus amantem est? Et, Bellum o. terras hospita portas. Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Et, Ver adeo frondi nemorum, uer utile syluis: Et, Nocte leues stipulæ. Melius enim Latine hæc figura dicitur iteratio.

παλιλογία PALILOGIA est, cum uerbum quod in prima sententia est ultimum, in sequēte primum. ut, Pierides uos hæc facietis maxima Gallo. Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas. Et, Addit se solam timidisq; superuenit Aegle. Agle Naiadum pulcherrima. Et, Deiphobum uidi lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas. Et, Concurrunt Tyrrenæ acies. Latine dicitur egressio.

ἀναδίπλωσις. ANADIPLOSIS est eiusdem uerbi continuatim repetitio. ut, Longum formose uale, uale inquit Iola. &, O Corydon Corydon, quæ te dementia cepit. Et, Me me assum qui feci. Latine dicitur hæc figura duplicatio.

ἐπαναδίπλωσις. EPANADIPLOSIS est, cum idem uerbum in eadem sententia & primum est, & extremum. ut, Cæsaris & nomen, & famam tot ferre per annos. Tithoni prima, quod abest ab origine Cæsar. Et, Ante nouis rubeant, quàm prata coloribus ante. Et, Vnū illud tibi nate dea, próque omnibus unum. Et, Ipsum obtestemur, ueniamq; oremus ab ipso. Latine dicit inclusio.

Metathesis.

METATHESIS est,cũ quod ante dictum est,post ponitur:& quod post dictum est, anteponitur. ut,E ripis ut perdas,perdis ut eripias. μετάθεσις.

DIACOPE siue diastole est, cum inter duo eadem uerba diuersum ponitur aliquid medium.ut, Culpatusue paris diuûm indementia diuûm. Et, Duc age duc ad nos. &, Scis Proteus scis ipse. Latine dicitur separatio. διακοπή.

PARENTHESIS est,cum ordinata ac legitima sententia interrumpitur per alienum extrinsecus, diuersamque sententiam.ut, Vare tuum nomen superet modo Mantua nobis.Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ. Cantantes sublime ferunt ad sydera cygni.&, Ipsiq; suos iã morte sub ægra Discissos. Latine hæc figura dicitur interruptio uel interiectio. παρένθεσις.

ANTITHESIS est,cum uerbum uerbo pari potestate per contrarium redditur.ut, Sęque nouo ueterum deceptum errore locorum. &, Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus. Latine contrarium uel oppositio potest dici. ἀντίθεσις.

PLOCE,cum idem uerbum sententiáue ad consummationem superioris retorquetur. ut, Vos ó quibus integer æui. Quale forsitan & illud accipi potest, Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet. Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum. Latine dicitur implicatio uel retractatio. πλοκή.

παρονομασία. PARONOMASIA est, secundum prædictum uerbum, positio alterius, ipso poscente sensu. ut apud Terentium. Nam inceptio est amentium, haud amantium. &, Tibi erunt parta uerba, huic homini uerbera. Quale illud poterit forsitan uideri, Nec quisquã errantes acies læturúmq; ferentis Sustentare? Contra & aliter. Pubesque tuæ, pubesque tuorum. Latine dicitur adnominatio uel adfictio.

παραγμένον PARAGMENON est æque similis figura, cum & su pradicto uerbo aliud deriuatur. ut, Vltro Ipse grauis, grauitérque ad terram pondere uasto Concidit. Et, Oppetere ingentem, atque ingenti uulnere uictum. &, Voce uocat Hecaten. Ire iter, & castris audebit uellere signa. Latine deriuatio dicitur.

ἐπανόρθωσις EPANORTHOSIS est, cum supradictum uerbum uerbo sequenti corrigitur. ut, Non subripere, hoc est furari. Latine dicitur correctio.

ἐπιστροφή. EPISTROPHE est, cum in eadem uerba plures sententiæ desinũt. ut sic aratus inæquali tonsore capillos. occurri, rides si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ, uel si toga dissidet impar Rides, Quale forsitan sit Similis si cura fuisset. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. &, Impius ante aras, atque auri cæcus amore. Latine dicitur reuersio.

κλῖμαξ. CLIMAX est, cum ex re in rem gradum tibi sententiæ faciunt. ut, Quæ Phœbo pater omnipotens

mihi

mihi. &, Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam: Florentem cytisum sequitur lasciua capella. Latine hæc figura dicitur gradatus.

ASYNTETHON est, uel diaditon, cum ratio nulla coniunctione connexa, uelut solutæ sententiæ regulam seruat. ut, Consiliunt, partim galea clypeóque resultant. Irrita deflexit, partim stringentia corpus. &, Ipsi numerumque modumque carnis, nos æra manus naualia demus. Latine dicitur dissolutio uel inconnexio. Asyntethon autem modo per singula uerba fit. æra manus naualia demus. Et hæc eadem terram, mare, sydera iuro. modo per plura uerba, & per ea quæ Græci uocãt κῶλα. Denique quid uesper serus uehat, unde serenas Ventus agat nubes: quid cogitat humidus Auster, Sol tibi signa dabit. &, Nube caua speculantur amicti, Quæ fortuna uiris, classem quo littore linquant, Quid ueniant. ἀσύνθετον

EPANODOS est, cum duabus breuibus, pluribusue propositis, ad singularem enarrationem recurritur. ut, Diuellimur inde, Iphitus & Pelias mecũ, quorũ Iphitus æuo Iam grauior. &, Protinus Orsilochũ; & Buthen duo maxima teucrûm Corpora, sed Buthen auersum cuspide fixit. Loricam galeamque inter quâ colla sedentis Inuenit. Latine dicitur euersio uel egressio. ἐπάνοδος

παραδιαστολή. PARADIASTOLE est, cũ similes res discernuntur, contrarijs redditis. ut, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus uẽti nobis Amarillidis iræ. Et dulce satis humor, depulsis arbutus hædis. Lenta salix fœto pecori mihi solus Amyntas. Latine dicitur discriminatio.

διαίρεσις. DIAERESIS est figura sermonis, cum fit rerum distributione. ut, Hic Dolopũ manus, hic sæuus tendebat Achilles. Classibus hic locus, hic acies certare solebant. &, Hic portus alij effodiunt. &, Ferit ense grauem Tymbræus Osirim. Hæc Latine dicitur distributio uel designatio.

ἀντίστασις. ANTISTASIS est, cum idem uerbum repetitur in contrario sensu. ut, Vna salus uictis, nullam sperare salutem. &, Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Hæc Latine dicitur intentio.

μετάστασις, μετάβασις. METASTASIS est, uel metabasis, cum alloquentis persona ad personam trãsitum facimus, ratione aliqua uel adfectu. ut, Nõ hæc Euandro de te promissa parenti Discedens dederam. Deinde, Et nunc ille quidem spe multum captus inani. Fors & uota facit. Deinde, Infelix funus nati crudele uidebis. Hi nostri reditus expectatiq; triumphi. Hæc mea fides, at non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies. Hæc figura dicitur uariatio, aut transitus.

ἀποστροφή. APOSTROPHE est, cum sermo allecto & instituto ordine

ordine in diuerſum ac contrarium uertitur.ut, Scipiadas bello duros, & te maxime Cæſar.&, Impulerit ferro.Latine cōuerſio dicitur. Inter metaſtaſin & apoſtrophen hoc intereſt,quod metaſtaſis perſonarum multiplicata uariatio eſt, & ab alia ad aliam, deinde rurſus ad aliam,& deinceps gratulatio tranſitur. At in anaſtrophe commutatio eſt perſonæ ferè unius.

SVnt autem & aliæ figuræ,mire orationi decus ornamentumq́ꝫ tribuentes.Hoc à ſuperioribus diſcere te oportet, quod non tam ſententiarum perpetuarū ſunt figuræ,quàm ſingulorum penè uerborum. & quod carent appellationibus proprijs. Fiunt autem per caſus, numeros,præpoſitiones,genera,perſonas,& ſiqua ſunt aliquarum exempla,ſummatim breuiterq́ꝫ ponentur.

FIgura per caſum genitiuū.ut ſi dicamus, Conſtans uir animi,pro conſtantis animi.Item alia.ut ſe habent iſta.Iſq́ꝫ amens animi,& rumore accenſus amaro. &, At non infelix animi Phœniſſa. &, Actutum pius Aeneas atque integer æui Aſcanius.&. Hic anni grauis atque animi maturus Aletes.&, Si quis dicat pecuniæ diues.ut,Inſula diues opum.&,Diues equûm,diues pictai ueſtis,& auri. Item,Quas illi læta bonorū.&,Expediunt feſſi rerū.&, Ille mihi ante oculos felix functuſq́ꝫ laborum.Egregiuſque animi.& ſiqua ſunt talia.

FIgura per datiuum.ſi quis dicat, Timeo illi,pro timeo illo.& talia.ut, Et pariter comitiq́ꝫ onerіq́ꝫ ti-

mentem.&, Tunc decuit metuisse tuis.&, Hæc cum Dardanio Aneæ miranda uidentur, pro ab Aenea.& quæ antique dicta sunt, cui nomen asylo Rhomanum est. &, Cui nunc cognomē Iulo Additur.&, Cui Rhemulo cognomen erat.&, Cui nomē Amello Fecere agricolæ. Item siqua sunt & alia.

FIgura per accusatiuum.ut si quis dicat, Togam fusus, pro fusam togam habens.ut se habent ista, Nodóq; sinus collecta fluenteis.&, Scissa comā.&, Roseas laniata comas.&, Tumidúsque nouo præcordia regno. &, Infractum hesterno uenas ut semper Iaccho.&, Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Et quæ antique dicta sunt. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.&, Numeros memini si uerba tenerem, pro numerorum memini. Item siqua sunt talia.

FIgura per ablatiuū. Si quis de quopiam dicat, Magnus uirtute, bonus bello, pro in bello.&, Erectus capite incedit. Vt se habent ista, Purpureis cristis iuuenes auróque corusci.&, Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.&, Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. &, Tereti subnectit fibula gemma. &, Qui forte tapetibus altis Extractus. &, Quam tua ni spoliata armis excussa magistro Deficeret. Itē siqua sunt talia.

FIgura Græca aut casu uarietas.ut, Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.&, Placidó ne etiam pugnabis amori? pro tecum certat, & cū amore pugnabis.

bis. &, Reddidit una boũ uocẽ, pro una è bubus. Item similia, aut præpositione detracta. ut, Maria aspera iuro. &, Tyrrhenum nauigat æquor. Item quæ sunt talia.

FIgura per personas. ut si quis dicat, Vos superi Iuppiter precor. Vt sunt ista, Vos ó Calliope precor aspirate canenti. &, Vos ó patricius sanguis, quos uiuere fas est. Item siqua sunt similia.

FIgura per numeros ut si quis dicat, Populus locuti sunt. ut, Pars in frusta secant, uerubusque trementia figunt. &, Pars calidos latices & ahena undãtia flammis Expediunt. &, Sæuitque animis ignobile uulgus. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quẽ Conspexere silent. Et siqua sunt similia.

FIgura per præpositionem ad. modo semel & simplicem positam. Vt si quis dicat, aduoluor illũ, pro ad illum uoluor. & accedo illum, quasi ad illum accedo. ut, Explorare locos, quos uento accesserit oras. &, Nuncia fama ruit, matrisque adlabitur aures, Euriali. &, Electram Grai perhibent Atlantide cretam. Aduehitur Teucros. Modo simpliciter elatam. ut, Quin aderat ad eum, adgrediar ad illum. & siqua sunt talia.

FIgura per præpositionẽ in. modo semel simplicẽ elatam. ut, Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. &, Tu calamos inflare leues, quasi in calamos & in ebur flare. Et apud Salustiũ, Atq; eos à tergo incurrũt, quasi in eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. ut,

Induerat Circe in uultus, ac terga ferarum. Induit in florem, & ramos curuauit olentes. &, Hunc ut prona iugo læuũ incumbebat in amnem. & si qua sunt similia.

FIgura per uerborũ qualitatem. ut, Caput uelor, pro caput uelo, aut capite uelor. ut, Capite ante aram Frygio uelabar amictu. &, Flaua caput nectũtur oliua. &, Pecudum fuluis uelatur pectora setis. &, Aut pacem Troiano ab rege petendum. &, Populare petentes, pro populari.

FIgura per modos temporum. ut cum dico, Libens fecero, ꝑ faciã. ut, Donec me flumĩe uiuo Abluero.

FIgura per aduerbiorũ qualitatem. ut cum dicimus, Ad illum cœno. ad uillam moror, pro apud uillam. &, terræ iacet, pro in terra. &, domi militiæq; res gestas. Et, Cuius domo nota est, annos sexaginta nat⁹. &, Tot annos Bella gero.

FIgura per pleonasmon. ut, Antiquũ obtines ut mortem occumbere, & obire diem, & uiuere uitam, & pugnare pugnam, & ire iter, & oculis uidere, & uoce uocans Hecaten. &, Hunc oro sine me furere ante furorẽ. Ac si qua sunt talia.

FIgura per eclogam uerborum. Vt cum enunciamus bonos dicere, fortes pugnare. Item, Da bibere, da cœnare. &; Donat habere uiro. &, Cunctaturq; metu, letumque instare tremescit. &, Da sternere corpus. &, Da iungere dextram. &, Quale per æstum Dulcis

aquæ

aquæ ſalientis. Item, Reſtringere riuo. &, Hoc ridere meum tam nihil.

Figura per eclogam aduerbiorum.ut cum dicimus, Magnum tonat,tumidum loquitur, magnumque fluentem Nilum.&, Vtq; uolutus ad terras.&, Immane ſonat per ſaxa.&, Nec longum lætabere.&, Graue olentis auerni.&,Horrendum intonat armis.&, Nauibus infandum amiſſis.Et ſi qua ſunt talia.


Figura per pronomina.ut,Nullus dixeris,pro ne dixeris.&,Quis mulier.

Figura per eclogam nominum.ut cum dicimus, Bonum eſt uirtus, malum infamia.ut, Dulce ſatis humor,depulſis arbutus hædis.&, Tale tuum carmen nobis diuine poeta,Quale ſopor feſſis in gramine.

IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS LEXEOS, FINIS.



IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS DIANOEAS.



SCHEMATA DIANOEAS, id est, figuram sẽtẽtiæ intuentibus, aliquo à uulgari & simplici cum ratione mutamur. Cum omnes autem quæ oratione sensu figurant, generaliter figuræ communiterq́ dicantur: hæc tamẽ quæ proprie figura, ac specialiter dicitur, quæ in scholis uulgo usurpatur.

CONTROVERSIAE FIGVRATAE.

Huius specialis figuræ usus multiplex.

Vnus, si dicere manifeste parum totum est, ut dicuntur in eum figuræ, qui sub conditione abolitionis tyrannidem deposuit. ut, Præsens tutor libertatis, neque tamen immemor legum sum, quæ mihi semper sacrosanctæ fuerũt. Hoc eni aduersariũ percutit, cui non semper sacrosanctæ leges fuerunt. Quale est illud forsitan apud Vergilium, Tuq́ prior, tu parce, genus qui ducis Olympo. Proice tela manu sanguis pius. Nã simul causam belli ciuilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit priorem illum debere parcere, simul dolorem confessa, & in

iudicio

iudicio suo quærit, tanquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis, & ab Olympo genus ducat.

Secundus harum usus est figurarum, cum quid oblique nunciamus, quia dicere palàm minime licet, & inhonestum est. ut, Ferè figuræ in alterum patrem fiunt, cum quid hoc modo patrem uel ligat: placuit conditio patrimonij meo etiam patri, & ago illi gratias, quod ut uxorem hanc potissimum ducere hortatus est. Per hæc enim soceri cupido in aurum detegitur. Quale forsitan Vergilianum illud possit uideri, Illum non populi fasces, nec purpura regum Flexit, & infidos agitans discordia fratres. Non res Rhomanæ perituráque regna. Nam illum sentit & dicit, Non res Rhomanæ perituræ & regna flexere. Verum per res Rhomanæ, latet imperia dicta, sed regna uocat, tanquã non imperijs Rhomanis ista dicantur, sed de quibuslibet regnis.

Tertius usus est harum figurarũ, qui gratia uenustatis adhibentur, qui tamẽ ironiæ est proximus. Sed eiusmodi figuræ quæ iuuenibus in schola lasciuiuntur. ut Cornutus ait, Minimæ naturæ sunt, & parum ganeis foroque conueniunt. Nam in his quæ prodesse aut obesse causæ uidentur, cur quod nolis intellegi dicas? aut cur quod facias intellegi, inuoluas?

PROCATALEPSIS est schema dianœas, cum id quod aduersarius arrepturus est, aut quæ obiecturus, præsumimus ac prædicim⁹. Vt illud, Neque me Argolica: προκατάληψις.

uel suspicaretur. Hæc Latine dicitur adfictio.

ANASCEVE est superiorum proxima figura, qua ab aduersarijs maxima proposita destruimus ac redarguimus uelut falsa. ut, Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso, Interpres diuûm fert horrida iussa per auras. Latine dicitur destructio uel euacuatio. ἀνασκευή.

EPITIMESIS est etiam proxima figura, cum aduersarijs ijsdem uerbis quibus ab eo lacessiti sumus percutimus. Vt in illo, Quis deus in fraudem, quæ dura potētia nostra. Vbi hic Iuno, quia scilicet Venus dixerat, Si nulla est regio Teucris, quā det tua coniunx Dura. Et bis capti Fryges. Latine dicitur obiurgatio. ἐπιτίμησις.

HYPOCRISIS est figura sententiæ, cum aduersarium gestu, & pronūciatione extollimus, uel abijcimus, & spernimus. Vt in illo, Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera Iuncta fuit? Additur enim, Tu nullus alioqui, illum autē magnū in canendo. Non ego Daphni Iudice te metuam. Qui licet mihi iniquus es, & non recte iudicaturus. Latine dicitur pronunciatio. ὑπόκρισις

IRONIA est figura sententiæ, laudis & orationis, & magnificandi, non sine derisu in cōtrarium tendens. ut in illo, Egregiam uero laudem. & reliqua. Latine dicitur dissimulatio uel irrisio. εἰρωνεία.

CHLEVASMOS est ironiæ proxima figura, cum aliquos amara oratione non sine derisu insectamur ac lædimus. ut, En agros, & quam bello Troiane χλευασμός

petisti. Hesperiam metire iacens. &, Huc age, nulla tuos currus fuga segnis equorum. Latine dicitur insectatio Inter chleuasmon autē & ironiā hoc interest, quod ironia specie magnificationis illudit, & dum laudat irridet. At Chleuasmos palàm cū amara insultatione castigat.

σαρκασμός. SARCASMOS chleuasmo proxima est, & similis figura, qua aduersariorum facta cum exacerbatione admissi eorum lacessimus. ut apud Salustium de Syllæ crudelitate. ut in M. Mario, cui fracta prius crura artus, expiraret. Latine dicitur exacerbatio.

ἀντίφρασις. ANTIPHRASIS est figura sentētiæ, cum quædam negamus nos dicere, & tamen dicimus. Vt apud Luciliū, Non tango quod auarus modo est, neq; quod improbus omitto. Et apud Vergiliū, Quid memorem portus, Lucrinoq; addita claustra. Latine dicit' omissio

ἠθοποιΐα. ETHOPOEIA est alienorum affectuum qualiumlibet dictorumq; mutatio non sine reprehensione. Latine dicitur figuratio uel expressio.

προσωποποιΐα. PROSOPOPOEIA est figura sententiæ, qua oratio alterius personæ, orationem imitandum retorquetur, Latine dicitur deformatio uel effiguratio.

ἐνέργεια. ENERGIA est figura qua formam rerum & imaginem ita oratione substituimus, ut lectoris oculis præsentiæque subiciamus.

IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS DIANOEAS, FINIS.

Sulpitij

SVLPITII VICTORIS AD M. SILONEM GENERVM, DE ARTE ORATORIA PRAEFATIO.



VLpitius Victor M.Siloni genero. Quod frequenter à me postulabas, uideor expedisse. Contuli in ordinem ea, quæ ferè de oratoria arte traduntur, secundum institutum magistrorũ meorum, Zenonis præcepta maxime persecutus, ita tamen, ut ex arbitrio meo aliqua præterirem, pleraque ordine immutato referrem. nonnulla ex alijs quæ necessaria uidebantur, insererem. Recte an perperã fecerim, tu iudicabis. Nec eñ uolo hæc in multorũ manus peruenire.

SVLPITII VICTORIS INSTITVTIONES ORATORIAE AD M. SILONEM.



HETORICA est, ut quidã definiũt, bene dicendi scientia. Sed hæc diffinitio parum recta, quia parum plena. Potest quidẽ & medicus quæ ad medicinã attinet, bene dicere. Et item cæteri artifices habent de artibus suis bene dicendi scientiam. Ne illa quidem definitio probanda, quod

I 2

da, quod dicunt plerique esse rhetoricam persuadendi peritiam, ideo quod nemo omnium inuenitur orator, qui semper suaserit. Ergo cōmodissime definiemus illo modo: Rhetorica est bene dicēdi scientia in quæstione ciuili. Sic enim fiet, ut propriū finem dedisse uideamur. Ciuilis quoq; quæstio definienda nobis est, ut & ipsam scire possimus. Eius definitio huiuscemodi traditur: Ciuilis quæstio est, quæ nullius artis propria communi omnium opinione uersatur. Hoc & si paulo uidetur obscurius, re tamen ipsa clarū atque manifestum est. Nam & ciuilis quæstio bene appellat̃, ut ciuile ius quod inter ciues atq; in ciuitate uersatur, & in omnium passim opinionem cadit. Quis enim est uel imperitissimus, qui nō sibi intelligentiam uindicet de his rebus, quæ uersantur in disputationibus atque iudicijs? cum quæratur, faciendum ne sit aliquid, an non faciendū: iustum sit an iniustum: utile an inutile, & cæteris huiusmodi, quæ ferè aut in naturali disputatione, aut in forensi actione uersantur. Vnde quidam ne putant dicendum esse artem rhetoricam, si officium eius in communi omniū opinione sit positum. Verum isti errant. Non enim rhetoricam ipsam nullius artis propriā esse dicimus, eamq; in communi opinione uersari: sed ciuilem quæstionem, quam uelut materiam artis'ue subiectam habet ipsa rhetorica. Ex quo fit, ut in ciuili quæstione opinandi facultatem cæteri habeant, bene dicendi scientiam solus orator. Ciuilis

Rhetorica.

Quæstio ciuilis.

uilis quæstionis partes sunt duæ, & harum Græca sunt nomina, θέσις, & ὑπόθεσις. Nos propositum dicimus hypothesin siue controuersiam siue causam. Sed definitionem utriusq; uideamus.

THESIS est, ut quidã uolunt, Res rationalem disputationem recipiens, sine definitarum personarum circumstantia. θέσις.

APOTHESIS res rationalem disputationem recipiens, cum definitarum personarum circũstantia. ὑπόθεσις.
Verum reprehenditur utraq; hæc definitio, ideo quod utraque inuenitur contra. Nam & thesis potest habere definitæ personæ circumstantiam, si ita ponamus: An Ciceroni post consulatum eundum in prouinciam fuerit. Vel, quod exemplũ positum est apud Græcos: An Socrati uxor ducenda fuerit. Neque enim est hypothesis, si illo modo poneretur: Deliberat Cicero, an post cõsulatum eat in prouinciam. aut, Deliberat Socrates, an ducat uxorem. quæ sunt causæ deliberatiuæ. Sed quoniam nos hodie disputamus, debuerit ne ille facere, est thesis, quamuis sit definita persona. Inuersio. Quidã in solitudine inuentus est, cum gladium cruentum teneret, & recens cadauer occisi hominis sepulturæ daret, reus fit cædis. Hæc quidem certa causa est. Potest enim ille quicunque repertus est, reus fieri, & si definitæ personæ circũstantiam non habet. Melius ergo & thesis & hypothesis definiri uidentur, hoc modo: Thesis est res ratio-

nalem diſputationẽ recipiens,cuius finis,inſpectio.Hypotheſis,res rationalẽ diſputationẽ recipiens,cuius finis actio & iudicatio.Sic enim uidetur ad certam definitionem utrumq; eſſe perductum. Siue enim erit, ſiue non erit definita perſona,certe cum inſpiciendi tantum gratia diſputabitur,erit theſis. Cum uero ita ſe res habebit, ut ſit diſceptatione iudicandum aliquid & agendũ,tum eſſe hypotheſin ſciemus. Cum finis autem iſta eſt,non dubium eſſe,adeo ut paucis plerumq; mutentur. theſis eſt,an uxor ducenda. Quod ſi rei fiant de moribus iuuenes,quare iurauerint ne uxores ducerent,erit hypotheſis. Habebit aũt theſis inſpectionem,hypotheſis iudicationem:ut iam ſupra dictum eſt. Itaq; hypotheſin ſciemus quidem in controuerſijs & litibus eſſe ſic actionibus atque cauſis: Theſin uero in κατασκευαῖς & ἀνασκευαῖς. Itemque in his quas Græci χρείας uocant, cum diſputatur, rectè ne quid dixerit Diogenes, uel ſi Socrates. Item laudes & uituperationes uidentur ad theſin pertinere. Iam illa quidem certe theſis ſunt propria, an uxor ducenda,an nauigandum. Nam leges uel ἀνασκευῆς,uel κατασκευῆς,hoc eſt,aut reprehẽſionis, aut cõfirmationis & ſuaſionis,ad poeſin pertineant neceſſe eſt. Loci quoq; cões,nam inuectiuæ accuſatiõis eſt partio:

NVnc quoniam oſtendiſſe plene uidemur quid ſit rhetorica,& in quibus rebus eius opera uerſetur, dicendum eſt quæ officia ſunt rhetoris. Sunt autem,ut

traditũ eſt, tria, intellectio, inuentio, diſputatio. Etenim cauſa propoſita, primũ intelligere debemus, cuiuſmodi cauſa ſit: deinde inuenire, quæ apta ſunt cauſæ: tum inuenta, recte & cum ratione diſponere. Neq; me hoc loco fugit, quæ M. Tullius tradat. Et de intellectu em̃ nihil tradit credo, quia magis diligẽtiæ atq; ſapientiæ, q̃ artis exiſtimet inuentionem, aut & diſpoſitionem, & elocutionem, & memoriam, & pronũciationem, ad officiũ orationis dicit pertinere. Sed nos à Græcis tradita ut cœpimus perſequamur ea uſq; per ſingula.

INtelligendũ primo loco eſt, theſis ſit an hypotheſis. cũ hypotheſin eſſe intellexerimus, id eſt cõtrouerſiã, intelligendum erit an cõſtat, ex qua ſpecie ſit, deinde ex quo modo, deinde cuius ſtatus, poſtremo cuius figuræ. Et quoniam hæc exequenda ſunt plenius, ad ſingula reuertamur.

THESIN ab hypotheſi, quemadmodum diſcernere debeamus, iã ſupra docuimus. Vt aũt intelligam' an cauſa conſtet, dicendum eſt pleraſq; cauſas nõ conſiſtere, quas Græci ἀσύστατα uocant. Hæc fiunt modis quinque. Aut enim eſt ἰσάζουσα, cum paria ex utraque parte dicuntur, ut ſi reos ſe furti inuicem faciunt, duo pauperes perfoſſo pariete communi. Aut μονομερής, ſi ex altera parte præualida ſit cauſa, ex altera prorſus infirma. Aut ἄπορος, ut non ſit unde actio perueniat ad probationis effectũ. Vt ſi deſponſione certent, Θέσις.

quorum

quorum altera parem, altera imparem ſtellarũ dixerit numerum. Aut ἄδοξον, id eſt, inhoneſto turpis, & de rebus perſoniſue deformis. aut ἀπίθανος, id eſt, incredibili circumſtãtia: ut ſi centum præmia petat, qui tyrannicidia fecit centum. Hæc uitia cauſarũ ſcienda ſunt nobis, ut ſcire poſſimus, quas cauſas putemus conſiſtere, quas repudiandas eſſe, quia non conſiſtat. Sic quoque magni iudicij eſt in hac parte non labi, quia frequenter eueniat, ut multæ cauſæ uideantur conſiſtere, neque tamen conſiſtunt. Subſiſtunt autem, quæ habebunt intentiones ex utraq; parte contrarias, ac propemodum pares, & pene ex æquo ualentes. Iuxta hoc diximus intellegi oportere, quæ ſpecies cauſæ foret. Iudiciale uel deliberatiuum, facile erit ſecundum differentiam dinoſcere, ſed aliter ſunt ſpecies cauſarum differentes. Aut enim ethica eſt, id eſt moralis: aut pathica, id eſt cum ali quo motu aut affectu: aut tantum iudicialis. Multum autem intererit hæc ſcire, ut perinde cõfirmetur oratio.

ἠθική. ETHICA igitur erit cauſa, id eſt moralis, cum erit ſuſcipienda perſona uel ruſtici uel dyſcoli, aut patris indulgentis, aut contra ſeueri in eiuſmodi cauſis, ſi eas intellexerimus id facere, quod fieri oportebat, ut omnis oratio perſonarum apta ſit moribus.

παθητική. PATHETICA eſt cauſa, cũ perſonæ eius quæ loquitur, repræſentandus effectus eſt. Si ſeſe debebit uel indictione aliqua, atq; ira uel dolore aliquo, uel ut plerumq;

rumq; accidit luctu excitatos excire, non erit ociosum ut commota sit & excidens omnis oratio, proinde atque ipsa res exiget.

IVdicialis est causa, nudam habens pugnam. Et hoc intererit inter superiores species & istã, quod hic quidem pressa & teres, & forensis actio esse debebit: in illis autem superioribus diligentius aliquid & cultius & electius certe in pathetica celsius aliquid atque commotius proferendum est.

POst hæc intelligendum, quemadmodũ diximus, ex quo modo causarum sit controuersia. Modi aũt causarũ sũt quinq;: aut em̃ est ἄδοξος. i. humilis, aut δυσπαρακολούθητος. i. obscura. Hæc scire nõ erit ociosũ, qa pinde iã à principijs actio esse decebit, put modus cuiusq; causæ postularit. In causa honesta, id est, in qua & psona, & res erunt honestæ. Nihil erit magnopere, nisi de uictoria laborandum. At contra, in ammirabili causa & per omnes quidem partes orationis sollicita actio esse debebit, sed etiam in principijs maxima ex parte. Ammirabilis enim causa est, quare est animi dicta, quæ talis facie ipsa uidetur, talisque apud opinionem iudicum cœpit esse, ut admirentur quenquam ad defensionem eius accedere. In huiusmodi, ut diximus causa, magna arte intendendum est, ut & patientiã & adtentionem à iudicibus & beneuolentiam impetremus. Hic nimirũ opus erit insinuatione, quam alio loco inter exordiendi præ-

m cepta

cepta tradentus, ut scilicet non actus à principio sumamus, sed etiam beneuolentiã & misericordiam iudicum prouocemus, de communibus hominum periculis præloquentes, quod plerique non suo merito sed uel iniquitate, uel liuore hominum, uel malitia in difficilia uitæ ac famæ pericula deuocentur.

ἀμφίδοξος. AMPHIDOXOS est anceps causa ex parte honesta & parte inhonesta. Id fit illo modo. Si res quidem inhonesta sit, & honesta persona. ut si reus sit cædis uir fortis, qui decem milibus datis carnifici, inimicũ suum ipse damnatum occiderit: honesta persona est, & uiri fortis, & res inhonesta quã fecit. In huiusmodi causa illa præcepta sunt, ut incipiamus ab ea parte quæ est honesta, tum si minore, cum odio iudicũ & offensione dicturi ab eo, quod quasi præposito aliquo & prætento latebit.

ἄδοξος. ADOXOS humilis causa non erit illi similis, quam non consistere supra diximus. Illa enim propter turpitudinem excluditur. Hæc non de turpi, sed de re paruula & humili est. In eiusmodi causa operari debebunt illa præcepta, quæ de attentione traduntur. Attentum enim necesse erit iudicem facere in ea re, quã aliter ille per contemptũ & fastidium fortassis nõ audiet. Fiet autem attentus, si dixerimus rem quidem paruam agi, quæ uersetur in causa: sed magnam esse spem eius qui litiget, & ipsius qui de omnibus rebus cum diligentia debeat

beat cognoscere,ut quod uiri boni est, ex æquo de maximis minimisque pronunciet. Et obscura causa sæpenumero in manus ueniet, uel personis multis impedita,uel rebus. In eiusmodi causis maximam curam adhibere debemus,ut faciamus iudicem docibilem, id est,ut causam quo diligentius explicemus hæc omnia, ex contraria parte animaduerterit, ad utilitatẽ nostram arripere debemus:& his maxime aduersarios urgere debemus,in quibus aliquod eorum esse uulnus sciemus. Iuxta hæc intelligendũ quid sit status, sed hæc interim differamus de statibus,postea plenius traditur.

Reliquum est,ut intelligamus quæ figura sit causæ. Aut enim est simplex causa,aut cõiuncta,aut concertatiua. Simplicis causæ minus artis curæque desiderant.In coniunctis aut concertatiuis adhibenda stabilis est ratio. Coniunctæ sunt,cum reus non uno statu, nec una actione defenditur,sed duplicatis statibus atq; coniunctis.Hic diligenter cauendum est,ne alter status alterum impugnet,ac potius alterum alter stabiliter firmet. Exempla nõ desunt Tulliana. Coniuncta causa est pro Milone. Defenditur enim statibus duobus relatio, ne quod merito Clodius dicatur occisus, cum fecisset insidias.Compensatione,quod dicitur bono Reip. occisus pessimus ciuis. Facile animaduertere,quid in eiusmodi causis debeat fieri uidentibus quid fecerit Cicero. Non enim compensatione,quam postea induxit, infirmauit

priorem ſtatum,ſed confirmauit ac multo reddidit fortiorem,cum enim ipſo perſuaſit iudicibus,inſidiatorem peremptum fuiſſe,quoniã etiam glorioſa Miloni poſſit eſſe, illa defenſio ſi propter Remp. fuiſſe uideatur. Etiam illud apud Tullium ſimile eſt. Cluentius poterat præſcriptione defendi. Inuidioſum hoc & periculoſum uideretur.Placuit ergo illud & negatione defendi. Hæc negatio non ſolum infirmata nõ eſt addita præſcriptione,ſed etiam firmior facta,cum ita actum eſt, ut perſuaderetur iudicibus, præſcriptione cauſam potuiſſe defendi,niſi quia poterat probari iudicium nõ eſſe corruptũ. Nam quoties coniunctæ incidunt cauſæ, recipiendum non eſt,quem ex duobus ſtatibus aut ex multis ponamus loco principali.Hoc enim ipſa ſuggerit ratio,prout cauſæ utilitatis poſtulabit,& prout defenſio hæc uel illa maiores uires habebit. Non dubium enim,quin ualidior actio facienda ſit principalis.

CErtatiuæ cauſæ aut circa rem ſunt,aut circa perſonam.Circa rem erunt, aut ſi leges aut rogationes ad populum, aut etiam in ſenatu ſententiæ feruntur, atq; hæc inter ſe diuerſæ erunt,atque certabunt.Hæ cauſæ utique ſtatum negocialem habeant neceſſe eſt. Sed nunc aliud magis quærimus,iſte quis tractus ſit huiuſcemodi cauſarum atq; diuiſio.Neceſſe eſt utiq; & contraria refellere,& probare noſtra. Sed poteſt eſſe dubitatio,utrũ per ſingulos locos eamus aduerſarios reuincendo

tendo,quare id quod ferat,uel censeat contrarium utilitati,tum autem impossibile uel difficile, ultimo inhonestum,deinde ad initiũ reuertamur, doceamus id quod nos feramus uel censeamus & legitimum esse, ut istud impossibile atque facile & honestum. An uero per singulos locos utrumque faciamus, ut doceamus & illud quod ex aduerso erit,non esse legitimum:& illud quod ex bonis erit,esse legitimũ:& illud iustum, & nostrum iustum,& pari ratione per singulos locos & cætera persequamur.Et hoc scilicet melius,quàm de una causa duas quodammodo causas facere.

SEd scire debemus,non solum duplices,sed & multiplices concertatiuos esse posse in sententijs, maximéque possunt multa esse multorum,atque diuersæ. In quibus omnibus idem facere licebit, ut explosis singulis per locorum ordinem, ut diximus, statim quare nostra sentẽtia maxime aspicienda sit,explicemus. In illo autem legitimo quadrifaria quodãmodo quæstio est. Aut enim dicimus, quæ ex aduersa parte dicantur legibus esse contraria:nostra uero legitima,aut nostra si nõ sunt legitima,esse tamen utilia, aut utraq; quidẽ esse legitima:sed nostra magis utilia,uel magis necessaria. aut utraq; quidẽ esse legitima,sed quæ inde dicantur,magis legibus inimica atque contraria. Similis ratio in cæteris locis,ac maxime proximo loco qui est contra æquitatẽ: Vtilitatis locus sic firme tractatur,ut aut dicamus quod

ex aduersa parte dicitur inutile esse. Vtile aūt quod nos censeāmus, aut utrunq; quidem utile, sed ex hoc necessitate exigere. Iam in eo loco in quo quæritur, possit ne quid fieri, duplex quæstio est. Aut enim dicimus nō posse fieri quod inde dicatur: hoc uero posse, quod contendamus ipsi: utraque quidem posse, sed hoc facilius. Peractio est honesti loci, ut si possumus, dicamus illud inhonestū, sed hoc inhonestius: aut si hoc nō possumus, sed si utrūq; inhonestū est: illud tamen inhonestius, ut quod inde dicatur. Diximus & circa personam esse concertationum unam quæstionem, ut de felicitate gignendi, quis felicior pater. Iam hic ex ipsa causā argumenta sunt, quare alter uideatur esse felicior, nec similis diuisio. Eadem tamē ullo modo, ut repulsis qui ex aduersa parte dicuntur. Et contrario quæ pro nobis faciunt, singula statim singulis opposita persequamur. Sed ne alia quæramus, licet ex his controuersijs sumere exempla, quæ paulo post ponamus, cū cœperimus de statibus. Nā & illa causa coniecturalis inter nouercā & captiuam de beneficio, & illa rursus finitiua inter duos, quorum alter tyrannum ex arce deiecit, alter occidit, concertatiuæ sunt circa p̄sonas. In utraq; aūt planè cōtendimus, quæ taliū concertatiuarum debet esse diuisio. Nunc quoniam ex tribus oratoris officijs, primum officium iam cœpimus nosse, & persecuti sumus quæ intelligēda sunt, sequitur nūc qua debet operari, ut inueniantur sensus principijs

cæteris partibus cõgruentes,& argumenta ad exemplũ & probationẽ sententiæ,siue naturales, siue morales,ad uim & ornamentũ.& cætera huiusmodi. Iam consilij & iudicij partes erunt,ut de inuentis iudicemus,siqua non apta incurrerint. His autem quæ probauerimus, utiliter & congruenter utamur. Atque in hac quidem parte non multa præcipi possunt.

IN dispositione plus artis est,quod tertiũ de oratoris officium dixeramus,plurimũ momenti & ea quæ inuenta sunt,ad utilitatẽ & uictoriã effectum dirigere in ordinẽ,atq; disponere.In dispositione hæc sunt. Ordo, cum ea quæ Græce appellatur οἰκονομία, dehinc elocutio,tum pronunciatio. Ordo est,ut secundũ textum naturalem singula persequamur,iam primum in partibus elocutionis,ut sit scilicet primũ exordium,narratio,tum partes argumẽtationis,peroratio tum extrema. Sed bene huic ordini οἰκονομία proxima adiuncta est,quæ hoc distat à superiore,quod ille quidem ordo naturalis, hic ordo artificiosus est.Iam in istis ipsis,quas supra docuimus,partibus orationis.Etenim naturalis est ordo,quẽadmodum ostendimus,ut primum locum principia teneant,mox narratio,deinde cætera subsecuntur.

ARtificiosus ordo est,ut hũc ipsum ordinem,si ita causa poscit, plerumq; uertamus. Nam aliquãdo omittenda principia,aliquãdo subdiuidenda & interrũpenda narratio,ex parte ponẽda,& imꝑfecta argumentatione:

ratione reddenda. Nec enim sine causa Tullius pro Milone ante narrationem argumentationis loco, præiudicia senatus & Pompeij reputauit. Et prorsus non in hoc tantū ordine patientiæ causa, sed in omnibus locis hæc οἰκονομία plurimum poterit, ac tantum ualebit, ut etiam quæ aliter posita atque prolata essent, fortasse contraria operentur ad causam, & plurimum prosit. Reliquæ dispositionis duæ partes sunt, elocutio, & pronunciatio, & magnum in utraque momentum.

DE ELOCVTIONE.

IN elocutione hæc obseruanda sunt, Latinitas, perspicuitas, robur, nitor, compositio, tum decens uel decor, sic enim appellandum est, quod Græci πρέπον dicunt. Ex quibus nimirū Latinitas primo loco rectissime posita est. Quid enim prius est, quàm ut Latine, hoc est, ut emendate loquamur?

DE PERSPICVITATE.

POst hoc perspicuitas eo proxima est. Hic enim finitiuus gradus, atque processus ėst, ut cū Latine, tum perspicue atque aperte loquamur.

TErtium robur est, ut non solum purus & manifestus, uerumetiam robustus & fortis, ualidúsque sit sermo.

ADhibendus est nitor, quem quarto loco posuimus, ut scilicet uerba nō sordida & uulgaria, & de triuio, quod dicitur, sumpta sunt, sed electa de libris, &

hausta de liquido fonte doctrinæ.

DE COMPOSITIONE.

COmpositio post hæc non ociosa, aut ordo uerborum ea cõpage iungatur, ne confragosum & asperum sonum faciat, & apte & leniter defluat, in quo sanè adhibendus est modus, ne quid nimio opere luxuriæ nimium molliatur.

DE ELOCVTIONE.

ILlud propono, quod decorum uel decens diximus, in eo est, ut rebus apta sint uerba, id est, ne res magnas, uerbis paruulis proferamus, néue contrario magnis & tumentibus atque inflatis uerbis, res paruulas exequamur. ne dum amplificandi studio euehimur, ridiculi deprehendamur. Custodite ergo faciendum est, ut rebus personisq; accõmodentur uerba quæ decent.

DE PRONVNCIATIONE.

HAec in elocutione seruentur. Nam pronunciatio quæ inter dispositionis partes supra posita est, artis quidem quodammodo non est, uerumtamen magnam ac nimirum maximam uim obtinet. Nam cum omnia fecerimus, nisi illa quæ recte disposita sunt, apte & cum decore fuerint pronunciata, omnis labor prorsus peribit. Itaq; & si magnam istius partem uel negat naturam, uel tribuit, danda tamen opera est, ut in pronunciando & uox, & uultus, & gestus, & cætera adhibeãtur eiusmodi: quare labor in cõmendando rationem adhi-

bitus non pereat. Reliquum est iam, ut incipiamus iam de statibus disputare: quandoquidem, ut breuiter admoneam, executi sumus, quid esset rhetorica, quid ciuilis quæstio, quæ partes ciuilis quæstionis, quæ oratoris officia, quæ intellectu & inuentione & in dispositione seruanda.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

HIc erat ordo reuera, ut de statibus protinus traderemus, si non esset à Zenonis uestigijs recedendum, sed professi sumus, usuros nos esse iudicio. Videtur exigere, aliquid inserēdum esse in eo. Cum paulo supra de dispositionis partibus, & in naturali ordine diceremus, de partibus orationis fecimus mentionē. Quod non placet suspensum & incertū relinquere, sed demus. Igitur neque ita multo post quod ad status attinet. Interim uideamus quod ad partes orationis attinet, quæ in illis præcepta sunt.

PArtes orationis sunt, ut quidam uolunt, quatuor, exordium, narratio, argumentatio, peroratio siue conclusio: qui uidentur plenius tradere partes orationis faciunt, exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionē, perorationem. Hinc animaduertimus, partitionem additam solum: cæterum argumentationem in duas partes diuisam, ut sit altera pars eius confirmatio, altera reprehensio. Verum ab initio singulas consideremus.

Exoxdium

EXordium partes habet duas, principia, & insinuationem. Horum diuersitas illa est, quod principia quidem sunt, cum aperte ingredimur causam sine laboris ullo apparatu, ab ipsis rebus atque personis. Quod potest fieri in eo genere causarum, quod est rebus atq; personis honestum.

INsinuatio uero est laboriosa prælocutio, quæ fit in ammirabili genere causarum. De quo genere nõ puto in hac parte multa dicẽda, quia supra elocuti sumus, cum de modis causarum, ac de hoc ipso ammirabili genere diceremus.

EXordiendi officia sunt, ut faciamus iudicem uel beneuolũ, uel docilẽ, uel attentũ. Quid in qua causa faciendũ esset, & ipsum iam ostendimus eodẽ loco, ubi de causarũ genere disputatum sit. Verũtamẽ hic quoq; breuiter ostendimus, ad beneuolentiam prouocandus est iudex, ubi non est beneuolus. Nimirum maxime in ammirabili causa, in obscura docẽdus, ad attentionem inuitãdus in humili. Vitia exordiorum, & alia quidem, sed quæ maxime accidant, maximéq; dicenda sint: hæc ferè sunt, longum, uulgare, commune, cõmutabile, contra præcepta.

LOngum, si multis sensibus catenatum. Vulgare, si tale sit quale esse possit in omnibus causis, nec proprium personarum aut rerum de quibus agatur. Quod idem & galeatũ à quibusdam uocatur, quoniã ita com-

mune esse possit, ut in omnibus causis, quemadmodum galeatum omnibus uulgo possit esse commune.

COmmune est, quod de causa quidem sumitur, sed & mihi & aduersario meo potest esse commune.

COmmutabile est, quod paucis modo communitatis possit esse uulgare, siue commune.

COntra præcepta, si cum debemus iudicem docibilem facere, attentum utcunque faciamus. Omnia hæc uitia uitanda sunt.

NArratio debet esse apta, breuis, probabilis. Aperta erit, itemq; breuis, si fuerit tantũ ipsa narratio. hoc est, si ordini rei gestæ nihil extrinsecus fuerit adlectum, quare obscurior fit & longior, nisi magna aliqua causa uel utilitas postularit. Neque enim obliti esse debemus, quid supra de οἰκονομίας partibus dixerimus. Quæ faciet, ut interdum mutetur ipsa narratio, si magnum in eo intelligimus esse momentum. Aliter quidẽ non temere quicquã in narratione esse debebit, præter textum & ordinem rerum. ἠθοποιΐαι quoque plurimorum præceptis excluduntur à narratione, quæ siquãdo erunt, & rara est, breues esse debebunt. Etiam illud apertam narrationẽ facit firmi, si insitum habeat casum nominatiuũ, id est rectum. Nam Græci ὀρθόπτωσιν uocant. ut fermè narrationes sunt Tullianæ. Sextus Roscius pater huius municeps Amerinus fuit. Et P. Clodius, cum

ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura uexare Remp. nec fa-
cere apud Ciceronem eſt ulla cœpta narratio.

DE breuitate narrationis pariter oſtẽdimus. Quod ſupereſt, probabilis eſt, ſi argumentorum & quæſtionum ſemina quædam fuerit utique reſperſa modo, nec argumentandi genere ponatur, ut omnibus quæ facta eſſe dicimus adſit. Et cauſa cur facta ſint, & perſona quæ fecit, & facultas quare facere potuiſſe credatur, & locus ubi facta eſt. In eas res omnibus narrationibus Tullianis licet ſumere exempla. In Milonis defenſione danda erat opera, ut Clodius uideretur inſidias Miloni feciſſe. Cauſam huius rei ſtatim in narratione poſuit: Cũ ſtatuiſſet, inquit, omni ſcelere uexare Rempu. Et infra: Occurrebat & mancam ac debilem futuram præturam ſuam, conſule Milone. Poſſum ire per omnes narrationes & docere, quemadmodum ſit inſtructa ſeminibus argumentorum, ſed longum eſt ire per ſingula. Illud ſimus ammoniti, nullum locum narrationis uacare debere, quin ubique adſit ratio, quare & quomodo res facta eſſe credatur. Ea tamen ſpecie ut ſit illa narratio. Quin etiam quidam iubent omittenda interdum uera, ſi incredibilia ſunt, ut potius falſa dicenda, ueri ſimilia dicantur. Sed hoc uidero, certe quædam ad naturam rerum erit accommodanda narratio, atque ita cuncta dicenda, ut ad credendum iudices ipſa natura deducat.

PArticio est, qua causam diuidimus in partes, hoc & si in controuersijs non fere sit, sed in causis ueris. & si non semper, ut tamen sæpe. apud Catonem assidua particio est, apud M. Tullium rarior. In hac illa seruanda sunt, ut iam dudum cōstituamus, in quot partes causam diuidere debemus, easque partes ad certum numerum redigamus. Absurdum erit enim, si postea in argumentatione inueniemur dicere, quod in particione non proposuerimus, aut præterire, quod proposuerimus. In altero stulticiæ erit crimen, si uidebimur tamen dicere id quod necessarium nō fuerit causæ: in altero diffidentiæ. si confessi fuerimus ipsi nobis esse dicendum, & uidebimur per diffidentiam & metum præterire. Etiam illud in particione seruandum, ut singulares res eodem ordine in particione ponamus, quo ordine in argumētatione putauimus esse exequendas. Neque enim oportebit ordinem rerum confundere, ut cuncta sit clara atq; manifesta, ut simul & fiduciæ magis plena uideatur oratio, quæ nihil misceat & inuoluat.

ARgumentatio, ut diximus, in duas partes diuiditur, ut sit cōfirmatio & reprehensio. Confirmatio est eorum argumentorum, atque earum quæstionum, quæ ex nostra parte sunt, quæ Græci νοούμενα appellāt. Firmabimus autem nostra argumētis naturalibus, tum autem exemplis atque sententijs, atque idem præferre redarguemus, eaq; ex aduersa parte ducentur.

Peroratio

PEroratio eſt,quæ Græce ἐπίλογος appellatur. Eius partes tres,renouatio,commiſeratio,exaggeratio.

Renouatio,quam Græci ἀνακεφαλαίωσιν uocant:cum breuiter capita rerum atq; argumentorũ percurrimus, ad renouandam memoriam iudicum.

Commiſeratio eſt, qua miſericordiã prouocamus, in quo plurimũ pollet oratio.Non deſunt autem exempla de Tullio, de quibus rebus miſericordia prouocetur,prout ſe perſona habuerit,uel ex ætate hominũ,uel ex dignitate præterita,uel ex periculi inſtantis euentu, uel ex libris,uel ex parentibus, coniunctiſque perſonis.

Exaggeratio eſt,qua in accuſationibus utimur,cum amplificamus inuidiã eius, quo quærimus admiſſum, cumq; in ipſam perſonam ea dicimus,quibus iudex fiat infeſtus.In hac quoque parte & re ea geſta ex ipſis perſonis ſumenda erunt, quæcunque animos iudicum ad partes iræ poterũt commouere,& quod diximus aliud in defenſione,aliud in accuſatione faciendum,ita accipere debebimus,ut ſciamus interdũ in defenſione utrũq; faciendum:quoniam ut eius cauſa miſericordia iudicũ prouocanda eſt quem defendimus, ita in eum inuidia conflanda qui ex aduerſo uenit: & rurſus in accuſatione non ſolum ea adhibenda ſunt,quibus iudex ad iracundiam ſuſcitetur,ſed etiã ex quibus eius multum uelimus miſericordia commoueatur.Ita enim fiet,ut aduerſario magis poſſit iraſci.

De tabulis.

DE TABVLIS.

Hæc per ſe cum poſſumus iam arripere, præpoſitio eſt & de ſtatibus diſputare.

STatus eſt ſumma quæſtio, ad quam referenda eſt omnis oratio. Status ſunt partim rationales, partim legales. Rationales quatuor, coniectura, finis, qualitas, tranſlatio. Ex his qualitas mutatur in alios ſtatus, abſolutam qualitatem, & abſumptiuã qualitatem. Abſumptiua quoque qualitas uertitur in ſtatus quatuor, compenſationem, relationem, remotionem, deprecationem. Hic animaduertendum eſt, quod ſtatus ex quibuſcunq; naſcuntur alij, ipſi deſinunt ſtatus eſſe. Quare fit, ut ſint rationales omnes nouem. Id eſt coniectura, finis negocialis, qualitas abſoluta, compenſatio, relatio, remotio, deprecatio, & tranſlatio, quæ initio cum primis quatuor fuerat.

Legales autem ſtatus ſunt quatuor, ſcriptum & uoluntas, leges contrariæ, collectio, ambiguitas. Horum unũquodq; & locos per ordinem perſequamur, coniectura ſit exordium.

DE CONIECTVRA.

COniecturæ ſtatus ex negatione natus, per quem factũ ne ſit quæritur. Cõiectura appellata, quia conijciendo & argumentando ad ueritatem neceſſe eſt peruenire. Hoc eius eſt propriũ, quod quæ ponuntur in cauſa, non ipſa ſunt crimina, ſed criminum ſigna. Vt ſi

reus

reus ſit diues adoleſcens affectatæ tyrannidis, quod ar cem præteriens fleat. Non enim quod illam tranſeat, uel quod fleat crimen eſt, ſed hæc ſigna ſunt, quare tyrannidem affectare uidetur.

Diuiditur coniectura perfecta, locis his probationũ expetitione, facultate, uoluntate, ſummo ad imum, aliquando iure abſoluto, deriuatione, ueri ſimili probatione. Et ut iſtorum locorum uim perſpicere poſſimus, eamus per ſingulos, ſit & controuerſia, quam ſupra poſuimus, exemplum.

PRobationum expetitione primus locus ex rei parte. ut ſi hic dicat adoleſcens, crimen magis & manifeſtis probationibus oportere cõuinci. Indignũ eñ eſſe, ut ex ſuſpicionibus leuibus in tantũ periculũ deuocet.

VOluntatis locus utriqꝫ parti cõmunis eſt. In quo argumenta ſunt ex circũſtantia perſonæ, cũ quæritur qualis ſit ipſe qui reus eſt, perinde & in hominibus ipſis æſtimatur, quid quiſqꝫ feciſſe aut non feciſſe uideatur. Circumſtantia autem perſonarum eſt, genus, natura, ætas, diſciplina, fortuna, ſtudia, nomen, ante facta, habitus. Ex huius uoluntatis loco argumẽta dicimus, prout ſe dederit occaſio, ut hic dici poteſt affectare tyrannidem adoleſcens, quia hæc ætas ad audaciam præceps atque temeraria, tanto magis quod idem etiam diues eſt, quoniam copiæ animos ſemper addunt, & inſolentiam extollunt. Sed hoc eodem loco uoluntatis loco

argumenta ducimus ualidius ex causis quae sunt aut præcedentes, aut insequentes. Præcedentes, si cum de cæde quis reus fiet, inimicitias aut odia aliqua poterimus obijcere. Insequentes, si emolumentum aliquod secutus uidebitur in cæde facienda. Sed reus poterit hæc eadem quoque ad defensionem suam uertere, si res surgeret. ut si hic dicat adolescens, quod diues esse dicatur. In neminem enim minus quàm in se suspicionem istius criminis cadere, cui optimum sit, & optatissimum, copijs suis & statu rerum suarũ perfrui, tranquillaq; quiete Reip.

TErtius locus est facultatis. In hoc loco ferè argumenta sunt, & ex personarum circũstantia, & ex occasionibus faciendis, quas poterimus ostendere ex personæ circumstantia, in hoc ipso magis tyrannidem affectasse perspiciatur, quod diues est. Hoc enim est quare uideatur non modo optare dominatum, sed etiam per domesticas copias tyrannidem occupare.

QVartus locus à summo ad imum uocatur, In quo persequimur ordinem criminum, signa non simul omnia, sed carptim singula. Vnde locus à summo ad imum uocatur, qualia in hac causa non multa sanè, sed duo scio. Primum enim per seipsum persequimur, & ad probationẽ criminis trahimus quod prætereat arcem, ac frequenter hoc faciat: deinde separatim, quod nunq; non fleat in prætereundo.

IVs absolutum est, quem incidere interdum locum diximus.

ximus.ut si iste adolescens primo hoc respondeat,& lice re sibi,& omnibus dicat,& iuxta arcem transire & flere.

DEriuatio est locus ex rei parte, per quem locum deriuantur criminis signa, quæ ab accusatore dicuntur. Vt si iste dicat adolescens, nunc usque se nescire quod inter illam præteriret,sed aliquādo quia sic rerum suarum ratio deposcat:nec solum se,sed multos eam cōmeare,eum autē flere, quia sibi ueniat in mentē,quàm multa ex illo loco plerumq; accidunt ciuitati.

VEri similis probatio,est locus ex re ipsa oblatus, quin uerisimiliter reus dicit idipsum, quod quasi signū & argumentum criminis ponatur,se fuisse facturum,si de tyrānide aliquid cogitaret, hoc est, neq; illam commeaturum, neque cogitationes suas lachrymis uel ullo indicio proditurum. His locis diuiditur coniectura perfecta,id est plena. Scire autem nos oportet, eam nō esse aliquando perfectam,neqae omnibus locis diuisis, si deficiatur aut personarum circumstantia, aut rerum. Personarum circumstantia defici potest,si ponatur talis controuersia. Quidam in solitudine inuentus est, gladium cruentū tenens,& recens occisi cadauer sepeliens, reus est cædis.Hic enim quidem,est quædam persona, sed circumstantia non habens,quia nō est definita persona. Quid enim est quod dici possit ex circumstantia personæ,cuius neque mores,neque ante dictam uitam, neque ætatem,neq; odia aduersus eum qui occisus est,

 proferre

proferre possumus? Hic cessat locus à uoluntate, etiam alter à facultate. Neq; enim uel illud positum est, unde hunc præualuisse dicamus. Huiusmodi causæ diuiduntur posterioribus locis.

A Summo ad imum, quod in solitudine inuentus est, quod gladium tenens cruentum, quod corpus sepeliens, id est, ex oculis hominum eripiens & abscondens. Nec iure absoluto utatur, nisi forte dicat, licuisse sibi gladium quem inuenerat, tenere, & corpus sepelire misericordiæ causa. Sed hæ ferè deriuatiões magis sunt, si dicat tenuisse gladium quem inuenerat, à nescio quo pcussore in corpore ipso relictũ, sepelisse corpus humanitatis & misericordiæ causa magis, quàm in solitudine inuenisse relictum, ubi nemo fortasse alius esset repertus, qui supremũ officium mortuo extulerit.

VEri similis probatione, ut dicat id quod ueri simile est, si occidisset, neque se iustius eodem loco moraturum, neque enim quem peremisset, sepulturæ daturum fuisse, nec gladium quasi ad contestationem sceleris in manibus habiturum. Econtrario quod supra diximus, circa personas tantum coniectura est, superioribus locis duobus uolũtate & facultate. ut in illa cõtrouersia. Quidam habebat nouercã, habebat & idem captiuam cõcubinam. Obijt signis ueneni. Ad se inuicem capiunt ueneficium, nouerca & concubina. Animaduertimus nihil esse in hac causa, ex quo argumẽtari suggerat. Etẽ

signa.

ſigna ueneni quæ uideantur fuiſſe, in quæſtionẽ nõ ue-
niũt, uerẽ ne illa ſigna fuerint, quoniã iſtæ cõſentiunt pe
riſſe illũ ueneno. Ergo ſi circũ perſonã tantũmodo quæ
ſtio eſt, ut diximus, ex locis duobus, Ex uoluntatis loco,
utrũ credibilius ſit nouercã uenenum priuigno dediſſe,
quia nouercæ priuignus ſemꝑ infeſtus, an uero captiuã
dolore conditionis ſuæ, & ad uindictam patriæ uel pa-
rentũ. Facultate, cui facilior occaſio nouercæ, quæ in do-
mo materfamilias eſſet, an captiuæ, cui ſe ille magis for
ſitan crederet. Nec ultra uideretur argumẽtatio progre-
di poſſe. In utroq; autem cauſam omiſimus locum pri-
mum, id eſt, probationum expetitione. Nec immerito,
quoniam nec ille uti hoc poteſt, qui & cum gladio, & cũ
occiſo corpore inuentus eſt: & multo minus poſſunt hæ
quæ ſe inuicem accuſant. Et in omnibus omnino cauſis
ubi mutatæ ſunt accuſationes, ceſſat hic locus, quoniam
abſurdum eſt ſi id dicat alter, quod dici cõtra ipſum in-
uicem poſſit. Iam iſta quæ inter nouercam & concubi-
nam ſcire debemus, duplicem coniecturam eſſe, quia
utrumq; accuſatio, utrumq; defenſio. Qualis ergo exe-
cutio in huiuſmodi cauſis adhiberi debeat, uideamus.
Non utique illa ut is qui ſe defendit, & alter accuſat, ſe-
paratim defenſionem ſuam per cõmunis coniecturæ lo-
cos perſequamur: deinde accuſationem à principio per
eoſdem locos ordiatur, ſed utrumq; ſimul per ſingulos
faciat, ut à uoluntate & argumenta quibus innocentem

se esse doceat,tum statim ex eodem loco det arguméta, quibus innocenté se uincat,hoc p singulos locos faciat. Sed hoc nó modo tantũ duplices sunt cóiecturæ, uerũ & alijs multis modis. Incidit enim coniectura in coniecturam, & deriuatio in ipsa controuersia est posita, ut in illa causa. Pauper & diues inimici reuersi sunt à cœna. Pauper uulneratus est,& semianimis inuentus,aut percussorem suum habere signa ignis in facie,quoniam illi facem impresserit:eadem nocte arsit domus diuitis, altera die habet diues signa ignis in facie,reus est cædis.

PEr ueniamus,si placet,per ordinem nominum,locorum,ad incidentem alteram coniecturam. Incipiamus à probationum expetitione, & si penè improbus est utiq; in facie ferat,quæ signa ignis esse fateamur:uerum dicit inimicum esse, ut inimici & accusatores eius utantur ad periculum capitis ea occasione,quoniam domus suæ incendio periclitatus fuerit.

SEquens erit locus à uoluntate, an non dubium qui inimicus inimicũ uoluerit occidere, an pauperem diues,cum scilicet tolerare non posset, inferioris loci hominem sibi uel inimici eius exæquari. Hæc erunt ecótrario ex eo loco refutanda,an incredibile sit,ut propter inimicitias tantũ nefas homo,integræ atq; florentis fortunæ uoluerit amittere,quod ipse diues & ille pauper hoc pro illo debeat ualere,quod abiectum hominem insimulate magis despicere uoluerit,quàm odisse.

Sequens

SEquens locus eſt à facultate,an facile diues pauperē ſolitarium ex occaſione inſidiarum potuerit occidere. Verum & hic in omnibus alijs cauſis animaduertendum erit,id quod ſupra poſuimus, locos hos & defenſionem reis nonnullam ſuggerere. Quare enim non diues hic dicat,etiam maxime pauperem eſſe potuiſſe occiſum,ſe tamen uel ſeruos uel liberos ſuos miniſtros facinoris adhibere,non ipſum manu ſua cædem cum periculo uitæ,aut certe inſidijs alicuius amittere. Aduerſus quod planè reſponderi poteſt,potius ſe illum quidē per alium cædem imperare, ſed maluiſſe ſua manu inimici ſanguinem haurire.

A Summo ad imum illa ponetur,quod res ſecundū pauperis uerba congruant,& habeat diues ſigna ignis in facie,quæ pauper percuſſorē ſuū habere dixit.

HIc quoniam deriuatio ex ipſa cōtrouerſia oriatur, fit & altera cōiectura. Deriuat enim illo modo,ut ſcilicet dicat,ſigna illa ignis in facie eſſe ex incendio domus,non ex pauperis face. Hic iam alia argumentatio eſt coniecturalis per locos ſingulos.

A Voluntate,an credibile ſit ut hō diues domū ſuā uoluerit incendere,ut qui habere ſe ſigna ignis in facie ex incendio domus,faciē ſuā contactam eſſe cōtenderet,paruam exiſtimans iacturam domus pro ſalute ac facultate.Sanè ceſſat hic locus. Neque enim dubium quin domum ſuam diues potuerit incendere.

A ſummo

A Summo ad imum ſingula perſequemur, quod ne unquam eadem nocte qua pauper fuerat occiſus, domus iſta fuerit accenſa. Quæ argumentatio ex deriuatione nata, eò pertinebit, ut incẽdium domus ex conſulto conflatum eſſe uideatur.

COnfirmatis his, cõſtituemus crimen amiſſæ ædis. Reuertemur enim ad propoſitum & actionem, ut ſumma cædis crimine finiamur. Duplex coniectura fit & illo modo, quem Græci προκατασκευὴν uocant, nos fortaſſe præparationem poſſumus dicere, cum aliquis fit reus conſcientiæ, neque de ipſo crimine ſatis conſtat, cuius conſcius dicitur. Præparandum eſt enim illud, ut opinor, & prius probandum, ut alius illud feciſſe: deinde addendum, ut hic conſcius eſſe uideatur. Qualis eſt controuerſia illa: Pauper & diues inimici. Diues non cõparente filio ſuo, rapuit pauperis filium, & in domo ſua torſit, & incertũ quo dicente in tormentis necauit. Ita & pauper eſt reus diuiti conſcientiæ. Simplex eſſet coniectura, ſed diuitis filium cõſtaret pauperis filio occiſum. Nunc duplex eſt, quia probandum eſt & ab illo cædem eſſe commiſſam, & hunc conſcium fuiſſe.

HIc quoque faciendum eſt, ut diximus, in omnibus cauſis fieri oportere, ut hæc duo non ſeparatim quaſi duas cauſas, ſed pariter per ſingulos locos perſequamur eo magis, quoniam eadem ferè ex uoluntatis loco, & ea ex cæteris locis argumenta ſunt: quare uel ille

occidiſſe

occidisse,uel hic conscius esse uideatur.

NAm uoluntate quid aliud dici potest in pauperis filiũ, quare illum occidere uoluisset quàm ipsum pauperem,quare conscius esse uideatur,cum utriq; causa fuerit simultatis.

A Facultate nihilominus illa dicenda potuisse,q̃puis diuitem à paupere occidi potuisse, & cõscium esse patrem filio,imò non potuisse non conscium. Nam à summo ad imum,omnia necesse erit esse permixta.

Item ex cæteris locis experiri.

ILlud fortasse in alijs causis ante oculos esse debuit, quis sit ille qui conscientiæ reus esse dicatur. Si enim erit remota persona, poterit fortasse defensionem eius omittere qui conscius dicitur, & satis habebit se tantum defendere,quare non conscius fuerit. In hac quidẽ causa uterque purgandus est,quia pater est,& filio conscius dicitur,nec potest conscientiæ crimine liberari:siquidem ille fecisse credatur, & si possit causam suam separare pater non debeat,quia & filium suum debet uelle purgatum. Ergo per singulos locos utrũq; pariter exequemur. Nam & eadem similiter in defensione & in accusatione ex singulis locis argumenta sunt,quæ ad utrũq; pertinent,& ad filium,& ad patrem.

ERgo diuisio hæc erit & ad probationum petitionem,an ex suspicionibus,neque filius quamuis occisus est,neque ipse pater tanti sceleris reus debeat fieri,

& ex suspicionibus inimici diuitis post tormenta & acerbam quæstionem à uoluntate, an non sit dubitatum, quin inscio patre inimici filium, inimici filius occiderit, an quod dicantur inimici, non satis ad argumentũ cædis debeat ualere, neque animus pauperis ex diuitis facto debeat æstimari, ut quia ille inimici filium occiderit, hic quoq; cædem per filium suum fecisse uideatur.

A Facultate, an potuerit filius pauperis, diuitis filiũ occidere, tot comitibus semper & ubique tutum. Nam illud utique non negabit se conscium fuisse, si ille occiderit, sed in hoc stabit illum non occidisse.

A Summo ad imum est à parte accusatoris, quod non compareat diuitis filius.

AD hoc deriuatio necessaria ex pauperis parte erit illa nimirum, quod dicat non se præstare debere rationem, quid factum sit diuitis filio, ac forte esse illum à patre ipso remotum ab oculis, ut illa occasione in perniciem inimicorum suorum posset operari.

ALiud dignum criminis ponitur ex parte contraria: quod taceat. Hoc enim dicitur indicare & filij facinus, & suam conscientiam.

AD hoc deriuatio erit pro utroque coniunctim, nõ hoc esse ut facinoris aut conscientiæ signum, sed quod conditionem suam atque humilitatem, & potentiam diuitis pauper cognoscat, ac nequaquã aduersus eum ut ui experiatur, tantum licere erit.

Et uerisimili

ET uerisimili probatione poterit pauper hæc dicere, si cædes illa filio per conscientiam ipsius fuisset admissa, non se fuisse taciturum, neque ex silentio suo posse esse suspitionem.

ETiam ille modus est duplicis cõiecturæ, qui à Græcis συνκατασκευαζομένος στοχασμὸς dicit. Ideo scilicet, quia una eademq; actione, duo pariter efficienda sunt, & probanda. Id fit, cum uel ipsa res quæ causam criminis dicitur attulisse, in dubium deuocatur.

ALia coniectura probanda est, ut in illa controuersia quidem: Retuli ad uxorem, an filiam cõmunẽ dare deberet in matrimoniũ pauperis filio. Illa respondit, ante morituram puellam, quàm illi esse nupturam. Nihilominus ille despondit pauperi puellam. Sub die nuptiarum uirgo ambiguis signis crudelitatis & ueneni perijt. Ancilla matrisfamilias à domino torta, negauit se quicquam de ueneficio scire, sed dixit adulteriũ cum petitore uirginis, & cum matrefamilias fuisse. Ream facit maritus uxorem ueneficij. In hac causa duplex coniectura non esset, si de adulterio confiteretur. Sed quoniã cum adulterium causa ueneficij dicatur, mulier de adulterio negat. Idcirco fit duplex coniectura.

ET de adulterio quippe coniectura aliter argumentandum est, & de ueneficio. Sed quẽ in locum incidit alia coniectura, dubitare non possumus, si meminimus quo loco uoluntatis. Hoc igitur loco inferemus cõ-

iecturam,quæ ad probationum expetitionem à non leuibus argumentis,sed manifestis probationibus rea parricidij fieri debeat,an mater,an uero & grauissima scelera,quamuis tenuibus argumentis erui debeat à uoluntate:an incredibile quod materfamilias uoluerit occidere:an credibile quod materfamilias uoluerit occidere:an credibile potius propter adulterium, quod matri cum petitore filiæ fuerat. Hoc statim loco exoritur alterius coniecturæ initium,quare fert mulier quæstionẽ, & negat adulterium esse commissum,contenditq; hoc prius probare oportere,ut ualeat in argumentum sceleris alterius.Ergo in hoc & adulterium comprobandum est, & adtingendi fortasse etiam superioreis loci.

A Summo ad imum illud urgendum est,quod ancilla in tormentis confessa sit.

ADuersus hoc ex parte mulieris est deriuatio. An tormentis non temere credendum. In quo loco ille de fide communis tormentorum locus, an eo minus credendum quæstioni, quod ipsa incõstantia indicio sit fidem non adesse, cum de alio quæsitum & alio illa responderit:an uero eo magis fides adsit, quod hoc dixerit,cum de aliquo quæreretur,quæ sinẽ cruciatibus suis mẽdacio quæreret:de eo utiq; dictura fuerat,an ideoq; dixerit de adulterio,quod conscia poterit esse, uel non poterat conscia non esse fortasse, nam de ueneficio celare potuit.

Hinc

HInc reuertendum ad cætera argumenta, quæ perti nent ad crimen ueniæ, probationi enim adulterio dicimus, adesse causam ueneficij, nec dubitandum iam quin filiam mater occiderit.

A Facultate non magna quæstio, an uenenum uel potuerit habere, uel filiæ.

A Summo ad imum, an cum referente ab ipsa marito tam abrupta responderit ante puellam esse morituram, quàm illi nupturam, nõ dubium sit eo animo ab illa filiam occisam, quo istud est dictum.

HIc deriuatio ex parte mulieris, an ideo dixerit qd' indignum illum matrimonium filiæ iudicaret & profiteretur, quantum in se fuisset non passuram.

ALiud à summo ad imum, an quod non alia die quàm pridie nuptias ipsa uirgo periret, res indicat illa ueneno perisse.

TErtium illud à summo ad imum, quod ueneni signa apparuerint in corpore.

ADuersum hæc deriuationes, an ficti incertum ad culpam matris non debeat pertinere, quod illa perierit, & causa illa fit: quare illa die perierit, quod ex metu nuptiarum ualetudo contracta sit, unde & cruditas fuerit, cuius signa illa fuerint non ueneni.

HAbet fortasse mulier aliquid ex uerisimili probatione, ut scilicet nec dicturam fuisse quicquam, nec id facturam, ut die nuptiarum occideret filiam; cum

 alius.

alius quilibet dies minus suspicionẽ sceleris excitaret.

HOc modo ex causa duplex coniectura est, sed diximus duplicem ex signis criminis fieri. Dicemus igitur & huius exemplum. Diues adolescens iurauit futurum, ut tyrannidem occuparet. Alter adolescens iurauit contra futurũ, ut illũ occideret, si tyrannus esse cœpisset. Hinc altera die occisus est & spoliatus est ille adolescẽs affectatæ tyrãnidis. Hic duplex coniectura de signo criminis est facta, quia signum criminis est, amissa cædis & securitas sceleris. De cæde quæsita, & econtrario illo negante de cæde, hoc ipsum alia cõtra probandum est. Ergo persequemur hanc causam. Isto modo erit probationum expetitio, de qua iam in superioribus satis docuimus. Deinde à uoluntate eadẽ illa quæ in altero diuite adolescẽte, de qua supra disputatũ est, & à facultate.

DEinde à summo ad imum, an non dubium quod affectet dominationẽ, qui etiã ipse id sit professus, an eo magis dubia res non sit, quod etiam iurauerit: an adeo manifesta res, ut ille amicus, illius amicus & conuiua, nõ dubitauerit eum uere iurare: an quod etiã ex aduerso ipse iurauerit, quo furorẽ eius infringeret. Et horũ deriuationẽ faciet ille fortasse, ut dixit inter epulas & uinum locum fuisse inanis, quæ terricula aduersum amicum meticulosum.

E Contrario an eo magis credendũ, quod post uinũ effuderit, ut fermè adsolet fieri, qđ sobriꝰ cõtinebat.

Sed

SEd etiam peruentum est ad illam quæstionẽ,ex qua duplex fit coniectura. Signum enim tyrannidis affe ctatæ, hoc iam loco est,quod ille qui ex aduerso iuraue rit,occisus & inspoliatus inuentus est.Quæ res indicare uidetur,ab isto & certam ob causam interemptum, sed in dubium deuocat. Negante enim illo à se peremptũ. Ergo hic reddenda coniectura de cæde, quoniã ille con/ tendit de homicidio, primũ quæri oportere dicendum inquisitione leuioris criminis moram fieri. periculũ pu/ blicis non oportere, sed de utroq; simul posse constare.

ET fortasse non est eundum per singulos coniectu/ ræ locos ab initio,sed statim adripiẽda ea quæ sunt ab summo ad imum,an cũ eadem nocte, qua inter eos fuerat,illa contentio cædis fuerat admissa,non dubium fuerit à quo ammissa.

ALiud à summo ad imum, an ideo manifestum sce lus,qđ ille inspoliatus sit inuentus:quæ res indicet animã eius solam petitam, ab eo scilicet, cuius intererat ut ille inspoliatus sit inuentus, quæ res indicet animam eius solam petitam ab eo scilicet, cuius intererat ut ille moreretur.His atq; huiusmodi dictis quæ ad cædis cri/ men pertinent memores esse debebimus iustitiæ actio/ nis & cædis approbationẽ atq; affectatæ tyrannidis col/ ligere, ut dicamus,dum de cæde constet,constare etiam de tyrannide. Iam siqua habebit ille diues adolescens, ex uerisimili probatione ponentur:uelut si dicat, non di

xissem si tyrannidem affectarem, aut nō eadem nocte occidissem, si eram peremptursus.

DIximus supra in omnib9 anticategoricis dupliceis esse coniecturas, sed ea specie nō modo. Tum erit duplex coniectura, cum se aliqui inuicē accusabunt, sed etiam cum in mortuum aliquem retorquebitur crimen. Qualis est controuersia: Nouerca filio medicum super dixit, habeat filium. Et nouerca hic in languorē incidit, desperātibus cæteris medicis. Obtulit & priuignus mulieris potionē, quam diceret salutarē. Nouerca accepit. Altera die eadem se medico credere professa, ait uenenū esse. Priuignus hausit & perijt. Ream facit maritus mulierem ueneficio. Hic non est quidem anticategorica, quia se non inuicē accusant, qui in iudicio consistunt. Ex anticategoricæ tamen specie duplex coniectura est. Pari modo & in anticategoricis solet fieri.

PAter iste & nouercā accusat, & filium suum defendit. In quem crimē retorquetur hoc iam modo. sed quæstiones singulas persequi nō necesse est. Rationem enim diuisionis huius ostendimus in simili suprà causa, quæ est inter captiuam & nouercam, in qua docuimus per singulos locos & accusationem & defensionem esse permixtam. Hic quidem plenior causa est, quoniam à summo ad imum, & à cæteris locis habet quæstionem, cessante, ut diximus, primo illo, qui est probationis expetitio. Scire debemus etiam illas causas duplici coniectura

ctura necesse esse tractare, quæ tales incident, quales de adulterio esse possunt. Vbi nõnunquam argumentandum est duplici coniectura, quæ in utrumq; adulterum spectat per singulos locos causæ, non solum an ille uoluerit, sed etiam an illa. Neque solum an ne facultatem corrumpendi habuerit ille, sed etiam an illa peccandi. Et deinceps ex cæteris locis argumenta in utrumq; promenda sunt, in quo facile sit intellegere, qd uelim, ut scilicet accusator non separatim per singulos locos in adulterum causam ordiatur, sed ut ex singulis locis in utrũq; pariter argumenta collidat. Siqui requirat, quid putemus ex altera parte faciendũ, melius erit fortasse, ut isti de adulterio separatim defendantur, nisi eos coniungat defensio, quos etiam conscientia iunxisse uideatur.

HAec ferè sunt de duplicibus coniecturis. Verum coniecturam esse diximus, cum quæreretur an factum quid esset, necessario addendũ est interdum accidere, ut sit coniectura, tametsi constet aliquid esse factũ. Si non uoluntate factum probetur, necesse erit lege defendere. Qualis est illa controuersia, quæ per furorem acta fuerit, irrita sit. Nouerca cum furere uideretur, arrepto gladio priuignum suum occidit, rea est cædis. Hic non annuit mulier esse occisum priuignum, tamen est cõiectura, quia id quod fecerit uoluntarium facinus, an potius fortuito instinctu furoris admissum. Ergo diuisio est per coniecturæ locos. Sanè etiam illud scire debe

mus, huiusmodi causas habere mitiorem ex scriptis & uoluntatis locis quæstionem. Nam cū illa lege nitatur, qua dicat ream se esse non oportere, cum lex irrita esse præcipiat, quæ facta sint per furorē: prima erit quæstio ex scripto interpretatione scripti, quia contendit ac causatur legē illam pertinere ad leuiora delicta: aut nec delicti fortasse poterit esse firmamentum, etiam ex uerbis ipsius legis, quibus significetur eam nō ad crimina pertinere, quando non impunita esse præcipiet, quæ facta sint p furorē, sed irrita. Post hæc discessus cōiecturæ est.

ET sanè non nos fugere debet, quod cessat in huiusmodi causa locus primus, qui est probationū expetitio, quoniam de facto nulla dubitatio est.

ERunt ergo argumēta ex loco uoluntatis, an nouerca priuignum occiderit, & ob eam rem furorem simulauerit, cum spem defensionis haberet ex lege.

A Facultate quæritur, an potuerit occidere: absurdū enim quærere, an potuerit facere quod fecerit, sed an potuerit imitari & mentiri furorem.

A Summo ad imum, quod non alium potius occiderit, quod neminem imò præterea attigerit: & quid occiso priuigno, statim finem simulatæ amentiæ fecerit. Quæ omnia argumenta sunt, non casu occisi priuigni, sed occisi uoluntate atque consilio. Et superior controuersia ostendit aliquando in coniectura occidere, ut diximus.

Et à legalibus

ET à legalibus ſtatibus quæſtionis alio modo idem accidit, ſiue per illum locum coniecturæ, id eſt, abſoluti iuris, ſiue per deriuationem. Quale eſt illud exemplum: Exules intra finem peremit, quis dicebat tyrannidem indicaturum? Exorta dominatione, eademq́ʒ finita, reus imperator conſcientiæ. Hic cum deſcenſum fuerit ad ſigna criminis, quæ ſunt ex loco à ſummo ad imũ, ut detur reus iure abſoluto uel deriuatione, ut dicat legi ſatis factum, cum exul intra fines fuerit occiſus, & occurretur ab accuſatoris parte interpretatione ſcripti, ut ſcilicet dicatur lex non ad omnes exules pertinere, & minime ad eos, qui bono P. intra fines fuerit occiſus, ut tantum mali in publicum perderet. Sic tamen, ut accuſator reuertatur ad cauſam coniecturalem: quare hic legi non ſatis fecerit, ſed ſibi cauerit interficiendo eum, qui erat non ſolũ tyrannũ, ſed etiã tyranni cõſcios indicaturus.

CIrcumſcriptionum actiones ſunt, qui putant finitiuas eſſe, ut quæratur quid ſit circumſcriptio, ſed uidentur errare. Non enim ferè accidit, ut definiẽdo quærendum ſit, quid ſit circũſcribere: ſed magis erit fortaſſe coniecturalis quæſtio, an illud quod factum ſit, circumſcribendi uoluntate ſit factum, ut in eam rem nõ ſolum ex cæteris locis, ſed etiam à ſummo ad imũ, ex his quæ erunt facta probatione: & argumenta ducuntur, quare uoluntate circũſcribendi feciſſe uideatur. Sed ut magis non ſit coniectura, magis erit iam abſolutæ qualitatis

 ſtatus,

ſtatus, quàm infinitiuos inſpiciamus, hac cauſa: Liceat ex ancilla filios ſuſcipere legitimos. Qui habebat ex legitimis nuptijs filium, alterum ex ancilla ſuſcepit. Lex erat ut patrimonium cõmune diuideret, qui eſſet maior ex fratribus: eligeret minor. Poſuit maior natu ex altera matrẽ fratris, ex altera parte patrimoniũ. Elegit ille matrem, & reum facit fratrem circũſcriptionis. Hic nõ utiq; quæritur quid ſit circũſcribere, ſed aut ex his quæ facta ſunt argumentum trahitur, circũſcribendi uoluntate feciſſe, in quo erit coniectura: aut erit uerius abſolutũ, ubi de iuſto, & æquo, & bono quæritur: uel compenſatio, ut cauſam querelæ non habere dicatur, qui & libertatẽ habeat, & ciuis ſit, & matris ſuæ libertatem fuerit conſecutus. Pleriq; ſic habent, tanquam ſit cõmune coniecturæ cum cæteris ſtatibus, quod dicatur propria eius eſſe negatio: quoniã & ille qui finitiua quæſtione defenditur, quia rem profanam de loco ſacrato ſuſtulerit, neget ſe ſacrilegũ eſſe, & rurſum ille qui accuſatur, læſiſſe Remp. quod naues incẽderit, neget à ſe Remp. læſam. Sed multum intereſt, quod in coniecturalibus quidem cauſis negat ſerius omnino feciſſe, quod arguit, an in illis cauſis non illa negat feciſſe ſe, quæ crimini dantur: ſed alter negat id ad ſacrilegij crimina pertinere, alter negat ad crimen Reip. læſæ.

DE FINE.

Finis eſt, cum quæritur quid ſit illud quod in contro-

uerſiã

uersiam ueniat, aut quo nomine appellandũ sit, cum aliquid ex parte sic factum est, ut tamen omnino sit factũ. Quare Græci fieri hunc statum dicunt, ἐκ τοῦ λελειπότος καὶ γεγονότος. Hoc quale sit, ex subiectis facile intellegemus. Loci huius status finis. Contraria definitio legislatoris, uoluntatum coniectura, qualitas conclusiua. Horum locorum uim ut intellegere possimus, per aliquam cõtrouersiã. ac si uidetur, illa ex Græcis comœdiana æde re in aliqua sub nomine ne liceat. Quidã ædidit comœdiam non addito nomine. Cum ageretur, succlamauit populus: In illum dixisti, reus est quod suo nomine comœdiam ædiderit. Iam primum hic id quod initio diximus, animaduerti potest, finem fieri, cũ ex parte aliquid est factum, ex parte non factum. Nam sic in comœdia addidisse nomen, sublata esset, quæstione relicta, defensio: sed quoniam ædidit comœdiã descriptis moribus, non tamen addidit nomen. Finita quæstio est, an hoc isti quod lex prohibuerit, nec quicquam intersit, utrum addiderit nomen, an prohibuerit, cum intellexerit populus, & subiecerit nomen.

LOcos autem singulos sic persequemur, ut sit finis, an sit sub nomine comœdiam facere, nomen hominis comœdiæ inserere.

COntraria definitio, an hoc plane sit comœdiam sub nomine ædere, sic mores hominis insectari, ut non sit nomen, quod nihil intersit, utrum ipse pronunciarit.

ciarit, an populus.

TErtius locus est ex uoluntate legislatoris. Nec immerito. Neque enim ferè finitiuus status non aliquam habet societatem cum legalibus & hic. Accusator enim dicit illam uoluntatem fuisse legislatoris, ne quis omnino ciuium læderetur. Reus uero contendit, legislatorē hoc uoluisse, ne quis facile nominaretur, sed unusquisque moribus suis intellegeretur. Maius in eo est, ut si iste dicatur uel acerbius etiam operatus fuisse, quàm lex prohibuerit, cum sic in mores hominis fuerit inuectus, ut de homine nemo dubitaret.

VOluntatis coniectura est, & per omnem causam ex omnibus omnino personis maliciose, & uoluntate lædendi sic uitam hominis fuerit persecutus, ut nihil esset quod deesse nomini comœdiæ uideretur, atque ut nihilominus populus intellegeret, quā diceret ea uoluntate succlamauerit populus, ut fraudem eius arriperet, & constituere illum cōtra legem fecisse quod fecerat.

NAm qualitas conclusiua uel exaggerationem habet facti ex parte accusatoris, uel ex altera parte cōmiserationem, in qua plerumq; ex grammaticæ qualitatis locis multa dicentur: & quid iustum sit pro qualitate facti, & quid utile exemplo, & quid honestum ad famā: quare id de quo quæritur, quàm grauissime debeat uindicari, ex quibus ijsdem locis ut reus in contrariam partem poterit disputare.

Finis

FInis eſt aut ſimplex aut duplex. Simplex, quod de una re quærimus. Duplex, aut ex perſonis, aut ex rebus. Ex rebus, cum duo ſunt crimina, alterum maius, alterum minus. Quare hoc propriũ finitiui ſtatus, quod uere ſemper accuſator minus excludit, & maius inducit, reus maius excludit, inducit minus. Vt in illa controuerſia. Quidam de templo ſuſtulit uaſa priuata & profana. Petitus ad pœnã tam ſacrilegus, affert quadruplum quaſi fur. Ex perſonis autem duplex finis ſit, ut ubi quidam in tyrannide arcẽ conſcendit, tyrannũ perẽpturus. Tyrãnus fugiens, ab obuio occiſus eſt. Competunt præmiũ, ille qui tyrannũ ex arce deiecit, & ille qui obuiũ occidit. Verum quoniã diximus, cum ex rebus duplex eſſet finis accuſatorem minus excludere maius inducere, uideret illud addendũ, quod aliquãdo euenit in huiuſmodi cauſa, ut accuſator nõ excludat minus, ſed ipſũ retineat, & maius inducat. Qualis eſt illa cauſa, qui uirginẽ uitiauerit, det decem milia: qui depoſitum uiolauerit, capite puniatur. Quidam iturus ad bellum, uirginem ſibi depoſitam uitiauit. Accuſator dicit uirginẽ eſſe uitiatam, ſed hoc retinet, & dat alterum crimen. Dicit enim etiam depoſitum eſſe uiolatum. Eſt finis & ille, quem Græci ἐμ χρινομένου uocant, ut aliud quidem in quæſtionem ueniat, & aliud iudicetur: ut ſi reus ſit ſepulchri uiolati, qui tumulum inanem reſciderit. Hic enim non hoc quæritur, an ille ſepulchrum uiolauerit, ſed an illud ſepulchrũ fuerit.

fuerit. Verumtamen necesse est pronuncient iudices, nõ an illud sepulchrum sit, sed an sepulchrum ille uiolauerit. Fit plerumq; ex uno scripto duplex quæstio definitiua: ut si hæc causa sit posita, sacerdos purus sit, & è puris: patrem suum reum perditionis fecit, & optinuit, petijt sacerdotium. Hic enim separatim quæritur, quid est patris, & separatim quid sit purum. Hoc sic apud Zenonem depositum est, mihi tamẽ thema huius controuersiæ non placet.

DE TRANSLATIONE.

Metalepsis, siue illa translatio, siue illa præscriptio est. Nam de utraq; dicemus, alium locũ forsitan tenere debeat. Nã qualitas prior est, sed quoniã illa multifaria in alios status spargitur, ac plus disputationis desiderat, differatur metalepsis. Vno nomine apud Græcos dispar est, apud quosdã rationem habet. Nã hanc Zeno translationem facit, nõnulli præscriptionẽ. Non alienũ sit ergo, ut dixi, utrumq; cognoscere. Zeno præscriptiuas ait causas scripti & uoluntatis esse: metalepsin autem translationem facit. Quæ quidem translatio ex ijsdem rebus fit, è quibus præscriptio. Nam præscribimus uel ex persona, ut negemus eum esse aduersarium, qui contra nos agere possit: uel ex tempore, ut negemus illo modo. Itidem fit translatio, cũ facinus in aliquem & crimen constituimus transferendo: ut cum ille dicat id factum, quod fieri licuisse contendat, transferamus

personam,

personam,ut negemus illi licuisse:aut tempore, ut negemus illo tempore:loco, ut negemus illo loco:modo,ut negemus illo modo. Cæterum hæc magis exemplis patebunt.

A Persona transfertur,ut in illa causa:Quidã inimicum suũ reum capitis à se factum & damnatum ipse occidit, cum precium eius rei dedisset carnifici decem milia,reus est cædis.Hic à psona transfertur.Concedimus enim licuisse occidi, sed negamus huic occidere licuisse.

A Loco autem simul & à tempore transfertur,ut in illa controuersia,adulteros deprehensos liceat occidere. Quidam adulteros deprehendit, alterũ occidit, alteri pepercit.Reus factus est,qđ non & illã occidisset. sic se defendit,ut diceret per amorem occidere non potuisse.Absolutus eandem postea inuenit apud tumulũ adulteri flentem,occidit,reus est cædis.Manifestum est translationem esse eo à tempore & à loco. Quippe accusator occidi illam oportuisse non abnuit,neque illo tempore occidi licuisse cõtendit.Loci in translatione hi, præscriptiuum præcedens, Ipsa translatio,par,maius,à summo ad imum.Alia translatio aliquando & ex parte accusatoris à summo ad imum. Secundum hos locos inspiciamus uel hanc causam,quæ supremo posita est.

DE adultera occisa præscriptum præcedens est, ut si hic præscribat & actionẽ, eo quod neget se reum

fieri posse, cum ea mulier fuerit occisa, quam constat occidi ex lege debuisse. Huic oppositus locus proximus, id est ipsa translatio, an uero reus fiet, quoniam debuerit illa quidem occidi, sed alio in loco, alio in tempore, & occisa sit eo loco & eo tẽpore, quo non licuisset occidere.

SEquitur par, in quo dicit reus nihil interesse quo tẽpore, uel quo loco fuerit occisa, æque ait illas meritas pœnas dedisse.

DEinde est maius. In quo loco ostendit reus magis etiam sibi constare rationẽ, & multo iustius illam peremptam.

BEne adiectus locus à summo ad imum. Persequẽmur enim singula, quare uel magis recte & tunc, & in illo loco fuerit occisa, cum superstitem adulteri retineret libidinem, cum illum desideraret & mortuum, cum apud tumulum eius lamentaretur & fleret.

HIc alia trãslatio merito. Transfert enim accusator, si uindicata faciebat accusari illam debuisse. Et hic transfert à persona illius ad personã iudicum, per quos iam opus fuerit uindicari, cũ ille potestatem ex lege sibi datam perdidisset.

DIximus ex accusatoris parte aliquando à summo ad imum, quale est in superiori illa causa. A summo enim ad imum argumentum est, non licuisse illi inimicum suum occidere, quod hoc emendum illi fuerit, & tanta pecunia emendum. A modo quemadmodum sit

factum.

factum, translatio non ferè in fictis causis inuenitur. Facile est tamen ex his quæ supra sunt perspicere, quid in hac parte intellegi debet: ut si reus sit aliquis, quali modo quid fecerit, quàm facere ei licuerit.

IAm liceat ad illam aliam metalepsin transeamus, quam præscriptionem à quibusdam diximus fieri. Diximus autem etiam quemadmodum fieret, sed hoc interest, quod translatio est de præterito: quare aliquid sit factũ, ut ab eo qui non debuerit id facere, aut eo tempore, uel eo loco, uel eodem modo quo facere nõ debuerit. Præscripti spectat ad tempus futurum, si quis agere postulet, qui agere non debeat: aut illo tempore, uel illo loco uel modo, à quo agi non poterat.

LOci præscriptõis. Propositio scripti, omonyma uel synonyma. Deductio generis ad speciem, finis incidens: aliquando à summo ad imum. Translatiua qualitas, communis qualitas, coniectura.

PEr hos locos tractemus, si placet, cõtrouersiam illã: Pauper qui duos diuites habebat inimicos, peregre profectus. Interea filius eius occisus, & inspoliatus inuentus est. Accusauerunt se inuicem. Diuites cædis absoluti sunt. Redit pauper, & instituit diuites reos. Illi præscribunt. Lex enim est, de eadem re bis agi nõ liceat.

PRopositio scripti est, an cũ lege scriptum sit, ut bis de eadem re non agatur: non oporteat hanc causam bis induci, cum iam accusati sint & absoluti.

OMonyma est, quid uocet lex actionem, utrum pœnam & animaduersionem, eamq; nolit iterari, an ipsam accusationem & defensionem. Nam utrūq; horum, nomine actionis significatum potest uideri: magis etiā si Græce controuersia explicetur, qui dicunt ad pœnam, quā actionē uocant. Sed nos quoq; Latino sermone aliqua multa inuenimus huiusmodi. Quæ uniuersa referre non est necesse, cum iam res ipsa ad intellectum declarata, nec deductio generis ad speciem est. Nam cū bis agi lex prohibuerit, non de omnibus rebus id præscripserit, sed de pecuniarijs causis, aut de his, in quibus minora sunt crimina. Finis est incidens, an actio illud fuerit, an uero conclusio.

A. Summo ad imum tantum est, absente patre de filio eius acta res fuerit, æquū sit an amitti patrem regressum, cuius hic dolor est, tantum hic pater est, qui nihil importunius præter filium habuerit: an non cum ipsius culpa acciderit, quod non statim accusauerit, sed peregrinationis & ignorantiæ.

TRanslatiua qualitas est, an ne sic quidem iterari iudicium debeat, licet accusatoris persona mutata sit, licet pater postulet. Deniq; locus omnis trāslatiuæ qualitatis, nihil aliud est quàm rescisio loci superioris, ut ille pro accusatore, ille pro eo nititur.

COmmunis est qualitas, an æquum sit eos ex integro causam dicere, cum si innocentes sint, absolui possint:

possint, si nocentes damnari debeant, econtrario. num hæc molestia accusationis declinanda sit: & sit iniustum sæpius eosdē homines ad contentionē iudicij deuocare.

CONiectura an finis huic crimini sit quod intenditur, id est, an commiserint cædem. Qui quidem locus in omni causa diffundendus est. Sed non aperte, uerum oblique, ut meminerimus nondum hoc agere non posse, ne demus aduersario potestatem, ut manum nobis iniiciat, & nos in cursu actionis retineat, cum scilicet de hoc ipso quæri, an cædes agere possimus. Sed non deerunt occasiones, quibus, ut dixi, idem faciamus quasi aliud agentes ostendendo, facile nos crimen probaturos, si impetrauerimus ut liceat reos facere. Id ipsum & rei facient, uerum pari modo, ut non iam se defendant, sed innocentiam obliqua actione suam præferētes, molestiam actionis tantum se declinare dicant, & quia iudices quoq; ratas uelle debeāt leges & res iudicatas. Hæc quæ ad præscriptionem, pertinent tanquam ab instituto Zenonis remota, non tamen alienum fuit persequi ex his quæ tradidit Marcomanus, ex cuius commentarijs hæc propè ad uerbum translata sunt. Iam sequitur ut uideamus quæ attinent ad statum qualitatis, & ut ad Zenonem reuertamur.

DE NEGOCIALI.

HAec supra de translatione uel præscriptione fortasse alieno loco, ut iam dixi, inseruisse uideamur,

quoniam translationis statum nouissimum inter ratio nales quatuor status feceramus, uerum non ex nostro instituto, sed ab alijs factum est, ex ea causa quā supra locutus sum: quoniam de qualitate quæ media sit, pluribus erat disputādum, & plura tradenda: nos uideamus iam de statibus qualitatis, qui primus ex omnibus est, sicut supra docuimus, negocialis. Hic aut legalis est, aut rationalis, cum sine ullo rescripto de æquitate rerum disceptatur. Legalis uero. Tum aut rogatio fertur, aut lex, aut præmium definitum petitur.

DEliberatiuæ quoq; causæ in eundē statum cadunt. diuiditur negocialis, legalis, legitimo, iusto, utili, possibili, honesto, ita ut & in contrarium ex parte diuersa per singulos locos disputentur. Quod enim alter legitimum esse cōtendit, alter ex eodem loco, si poterit, contendet contrarium legibus, si aut lex aliqua ex diuerso repugnabit, aut rogatio, aut pactum, aut fœdus, aut naturale ius, aut mores. Contra quæ utemur, aut negatione, aut opposito.

NEgatio est, ut dicamus, non est contrarium legibus, neque naturale, neque pacto, neq; moribus.

OPpositum est, si fateamur quidē alicui scripto esse contrarium, sed opponamus utilitatem, eamq; dicimus potissimum esse debere, aliquando esse in loco legitimo, aliqua erit legalis quæstio, fortasse etiam finitiua. Secundus locus negocialis est, quo quæritur quid sit

iustum.

iustum. In eo loco est disputatio in legibus simplex, cũ quæritur an iustum sit, ut adulteros deprehensos liceat occidere.

IN rogationibus uero & præmiorũ petitionib9, & in deliberatiuis, per eum locũ qui est à summo ad imũ, oportebit ire p singula, & ex singulis locis ostẽdere, quare iustũ sit quodcũq; dicetur iure tali faciendũ esse. Hic incidet status, ex quo defensio erit ei9, aduersum quẽ aliquid feretur. Qualis apud Græcos cõtrouersia est. Deliberant Athenienses an illis inferant bellum, cum illi Alcibiaden flagellis uerberauerint. Incidit enim quæstio, an licuerit illis facere certaminis sui iure.

TErtius est locus in negociali utilitatis. Hic omnẽ ferme disputationem habet, circa rationẽ futuri temporis. Quæritur enim quid in futurum sit utile, quod in hunc locum incidit cõiecturalis quæstio: quale est illud apud Vergilium: Deliberat Diomedes, an Latinis auxilium petentibus ferat, quia Aeneas si Latinos uicerit, in ipsum sua arma uersurus.

POssibile ex personis & ex rebus ipsis habet disputationem & occasionem honesti. Bene conclusionis & epilogi loco positus est. Cum enim cætera ex causa sunt, tũc superest ut de honesti partibus disseramus. Hi sunt loci negocialis status: in quib9 satis erit plerũq; docere legitimũ quidem esse, & utile, & possibile, & honestũ, sed aliquãdo ut sit honestius, prius refutabimus

aduerſariorum, dein noſtra inducemus. Hoc ita eſt, ut doceamus primum non eſſe contrarium legibus: deinde addamus ſeparatim, imò congrue legibus. Itemque dicamus non eſſe iniuſtum, & addamus potius eſſe iuſtiſſimum. Demonſtremus non eſſe inutile: deinde utiliſſimum eſſe doceamus. Pari modo & de honeſtatis partibus diſputemus, quod ſimiliter licebit facere ex parte contraria. Hæc ferè ſunt, quæ attinent ad negocialem illum, quem diximus legalem uocari.

RAtionalis autem negocialis eſt, ut ſupra propoſuimus, cum ſine illo ſcripto inter ſe aliqui de æquo bonóq; diſceptant. qualis eſt illa controuerſia: Ciuitas in tyrannide, omne quod liberorum nata fuerit expoſuit, uicina ciuitas collegit & educauit. Finita tyrannide, petunt patres filios ut offerant alimenta. Illi contradicunt. Loci huius ſtatus naturalis iuſti. Per quẽ utrumq; in hac cauſa diſputari poteſt ex parte corũ qui retinẽt, an naturale ſit iuſtum, ut qui ſemel filios expoſuerunt, repetere non poſſint ex parte patrum: an potius naturale ſit iuſtum, ut patres quolibet tempore reciperẽt filios ſuos, & naturale ius repetant.

SEcundus locus eſt à ſummo ad imum, per quæ ſingula quæ præceſſerunt, quæritur iuſtum ne ſit ut peterent filios, qui neceſſitate miſera coacti ſint exponere.

TErtius erit locus aliquando, nõ ſemper futuri temporis ratio. In quo quæritur & in futurũ, an utile ſit fieri

ſit fieri,de quo quæſtio ſit.

DEinde ſunt loci uoluntariæ qualitatis in cauſis red dendis, uoluntariæ mortis putantur eſſe negocia-lis ſtatus,uerum ſi rationales an recte, paulo poſt uidemus, interim ſic putemus. Vt quidam uolunt, primæ erunt quaſi præſcriptiuæ quæſtiones,an is qui redderet cauſas,uoluntariæ mortis erit filius:an poſſit ex arbitrio ſuo mortem impetrare,cõtradicente patre.Ponunt quidam nonnulli etiam generalem quæſtionẽ in huiuſmodi,an ſola ſit cauſa moriendi debilitas corporis. Et rurſum,an ſatis ſit ad cauſam morum,cum nemo ſine cauſa ſit,uelit cætera ferre per ipſum locum,qui & à ſummo ad imum cõſideratur,an ex his quæ acciderant, iuſta ſit cauſa mortis.Bene iuxta hoc quod tradidit ius. Supereſt futuri temporis cogitatio, cũ ſcilicet quæritur, an illi miſerum ſit uiuere,ſpectandam autem maxime uoluntatem. Neque enim quiſquam libenter mori poſtulat. Sed ferè erunt huiuſmodi hæ ſpecies,quaſi hoc optet & exprobret:alioquin cum agatur ex ipſa cauſa æſtimari. id eſt ex parte diuerſa conſiderandum , quia uoluntate quis cõtradicat,utrum ſimpliciter & uere, an uero & malicioſe & aſtute . Negocialis ſtatus utrumq; proprium quod futuri temporis rationem habet. Quæritur enim non quid actum ſit,ſed quid debeat fieri.

DE QVALITATE ABSOLVTA.

SEcundus ſtatus qualitatis abſolutus,uel qualitas abſoluta.

ſoluta. Vtroque enim nomine nuncupantur, huius loci finitiuũ præcedens, quod uicem præſcriptionis obtinet. Deinde eſt locus ipſa qualitas abſoluta, quæ ſoluitur ex parte accuſatoris: aut negatione, ut neget licere: aut oppoſito, ut dicat, & ſi licuerit, non tamen in perniciē oportuiſſe. Deinde eſt locus à ſummo ad imum, quare neq; iniurioſa, nec criminoſa uidentur. Ponet & ex tua parte reus aliquãdo à ſummo ad imum, cum docebit quibus ex cauſis eſt, quemadmodum fecerit ſingula.

DEinde uoluntatis coniectura eſt, & qualitas concluſa eſt. His locis tractari poteſt cõtrouerſia illa: Pauper orator, & diues inimici. Diues fortiter fecit, petiuit pauperis oratoris linguam, præmij nomine accepit poſtea. Concionante illo, ſtetit in cõcione pauper & fleuit. Laudatione facta, occiſus diues, reus eſt: cœtus & concurſus facti, ſecundum legem illam, qui cœtum & concurſum fecerit, capite puniatur.

FInitiuum præcedens & uice præſcriptionis cum dicitur, ex rei parte concurſum facere, eſt populum conuocare, & turbulenta oratione animos hominum concitare, quorũ nihil fecerit pauper. Quod uice præſcriptionis eſt, quia dicit: Ex illis demum rebus reus de cœtu & concurſu fieri oporteret, & tunc uero crimen hoc cadere non poſſe.

DEinde eſt ipſa qualitas abſoluta, ut dicatur huic licuiſſe in concione ſtare, flere. Huic occurrit, ut diximus.

mus,aut negatio,aut aliquid oppoſitum. Negatio ut di ci poſſit.non licuit hic flere. Oppoſitum,etiam ſi licuerit flere,non tamen in hunc effectum. Et ſequitur locus à ſummo ad imum,fletus ad hunc effectum contenderit. Hic ſanè fortaſſe non ſolum ita uertet hoc crimẽ à paupere patronus eius,ut dicat ad illum nõ pertinere, quid fecerit populus,cum ipſi reo præter lachrymas nihil poſſit intendi,ſed adijcit defenſionem populi, ut doceat recte illũ feciſſe quod fecerit,ita ut hac parte pauperis quidem cauſam, ſed populi agere uideatur, in quo erit eo quo diximus, à ſummo ad imum ex parte rei,an metuerit hæc diues.

DEinde eſt uoluntatis coniectura, quæ quidem in tota actione diſperſa eſt. Nam & accuſator contendet pauperem ea uoluntate ſtetiſſe in concione & fleſſe,ut fieret quod ſecutum eſt, & patronus contendet nihil illum eius nec cogitare,nec ſperare potuiſſe.

COnduſiua qualitas, de qua & ſupra diſputatum eſt,quid iuſtum,quid utile,quid honeſtũ,damnare pauperem,an potius abſolui. Verum ſcribere debemus,qualitatem abſolutam non rationalem eſſe, ſed legalem,ſi reus ſe non naturali loco,ſed aliqua lege defendet,ut ſcilicet dicat ſibi lege licuiſſe.

HVius erit illa diuiſio, ut primus locus propoſitio ſit criminis:deinde ſcriptum, in quo erit qualitas abſoluta,ex quo ſcripto licuiſſe ſibi dicat. Poſt hos, lo-

cus erit interpretatio ſcripti contraria ſcripto. Deinde lo cus reliquis abſolutæ qualitatis.

DE COMPENSATIONE.

SEquitur ut de aſſumptiuæ qualitatis ſtatibus diſputemus. Quorum unus eſt compenſatio, cum incommodum quod dicimus attuliſſe, & compenſamus uicarios, quomodo loci eius aliquando reſcriptiuum præcedens, tum præpoſitio criminis, deinde locus cõmunis ex cauſis, deinde ipſa compenſatio, cui coniectus eſt locus à ſummo ad imum.

DEinde eſt comparatio, cum uoluntas & qualitas cõcluſiua horũ locorũ conſideretur per diuiſionẽ controuerſiæ huius. Cum exercitus in prælium frequenter inductus, naue ſemper refugeret, imperator claſſem incendit, & eductus ex claſſe exercitus, uicit. Reus eſt læſæ Reip. Compenſationem eſſe nõ dubium, ideo quod cum dicatur amiſſione claſſis læſiſſe Remp. compenſat incõmodum oppoſito uictoriæ, quomodo primus locus præſcriptiuam præcedens, in hanc cauſam fortaſſe certauit. In alia erit, ut dicat reus non in his eſſe crimen Reip. læſæ, nec poſſe hoc nomine reum fieri. Quod hinc fortaſſe non poteſt dici, quia damno affecta Reſp. eſt. Erit ergo propoſitio criminis, an læſa Reſp. quæ ſubſidium claſſis neceſſariæ miſerit.

HVic occurrit locus proximus, qui eſt communis ex cauſis. Tunc ſcilicet dicet reus, non oportere ſecum

tam calumniosa agi,ut res ipsa tantū consideretur,cum omnia quæ fiant uel facta sint, spectari ex causis suis oporteat,hoc est,ut quæratur quæ causa illud quodcunque sit factum.

CVi loco adiuncta est ipsa compensatio, cum scilicet dicit reus illo quod sibi detur crimini,seu uictoriam cōsecutum,quæ locum impleuit,à summo ad imū omnia persequendo quæ ante acciderunt:& quemadmodum incēsæ classis mutata sit ratio dimicandi, & depulsa infamia fugæ,uictoria euenerit,sequitur comparatio. Quod loco scilicet in cōtentionem ueniunt, & illud quod iniuriæ dicitur factum,& illud quod commodi dicitur esse quæsitū & æstimatū,quid utilius Reip. fuerit.

DEinde est translatio ex re. Dicat accusator, potius aliud fieri debuisse,uel remoueri, deinde classem uel aliquid opponi,ne eò confugeret exercitus, aut ex persona fieri,ut dicant non ipsum ex arbitrio suo facere, sed referri ad senatum,uel ad populum debuisse.Cui sanè loco ex contraria parte habebunt defensiones suas. Respondebit enim reus & cum translatione rei, ut dicat non aliud fuisse faciendum,& cum translatione personæ,ut dicat imperatorem se habuisse, potestatem per seipsum cōsulendi. Iam uoluntatis locus est,ut supra diximus,in totam causam dispersus. Nam accusator quidem dat operam,ut ille uolūtate lædendæ Reip.uidisse uideatur reus,contra ut credatur fecisse cupiditate uin-

cendi. Qualitatis conclusiuæ uim satis supra docuimus.

DE RELATIONE.

Relatio est status, qui hoc habet propriũ, quod semper necesse est in aliquem statum præterea incidere, quod illũ, quod accusator defendit, defensor accusat. Loci relatiõis, ꝓpositio criminis. Ipsa relatio hic incidẽs, status est loci eius. Deinde translatio, tum uoluntas & qualitas conclusiua. Potest in exemplum illius accidere actio illa Ciceronis, quæ est pro Milone. Nam hunc statum fecit ipse, cum dixit quæri, iure an iniuria Clodius fuerit occisus. Relatio est, an iure interemptus sit, cum fecisset insidias. Hic incidens status est, loci eius coniectura cũ locis suis omnibus, per quos scire decurrit, ut probet Miloni insidias factas esse per Clodium. Hic illud est, quod supra posuimus. Defensor enim Milonis accusat Clodium. Econtrario utiq; accusator Milonis Clodium purget necesse est, ut insidias nõ ille, sed hic fecisse uideatur. Trãslatio in hac causa cessat. Non potest enĩ Miloni dici, si te Clodius dicebat occidere, ad iudicium illud potius adducere debuisse.

Plerumq; autem relationi permixta compensatio est. ut si accusatur Scipio Reip. læsæ, quod Carthaginem solam æquauerit. Hic enim relatio est, quia dicit merito illi ciuitati hoc accidisse. Et compensatio quia dicit bono Reip. factum. Diuiditur ergo huiusmodi causa propositione criminis, aut læsa Resp. cum tantã ami

serit

ferit ciuitatem. Deinde occurrit ille locus ex compẽſatione de cauſis, an nobis Reſp. ſed cauſa rei ſit conſideranda. Et hic iam ſequitur & relatio, quia merito illi acciderit tam fidæ ciuitati, & toties rebellanti. Compenſatio quia bono P. R. factum, ne ultra neceſſe habeat in periculum belli uenire. Tranſlatio erit in hac cauſa ex relationis & compenſationis locis. Nam cum diceret reus merito illi ciuitati accidiſſe, transferet accuſator ita ut dicat, & ſi illa merebatur non ipſa arbitratu ſuo facere, ſed referre ad ſenatũ debuiſſe. Deinde erunt reliqui omnes loci compenſationis, comparatio, coniectura rei, uoluntas, & qualitas.

DE REMOTIONE.

REmotio eſt, cum reus remoueat à ſe culpam in aliquam neceſſitatem, uel in alicuius imperium. Loci eius propoſitio criminis, finitiuus præcedens: locus communis ex cauſis, ipſa remotio. Cui occurritur cõiectura uel qualitate. Deinde eſt tranſlatio. Tranſlatio aũt ſimplex aut comparatiua erit à ſummo ad imum, ex quacunq; parte res dederit, è quocunq; loco opportunum erit, ſiue ante tranſlationẽ. Deinde eſt uoluntas & qualitas concluſiua. Exemplum poteſt eſſe in hunc ſtatum cauſa, qua imperator militum corpora in prælio peremptorum reuehebat in patriam, orta tempeſtate cadauera abiecit, læſit Rempub. Hic imperatori utique illa defenſio eſt, ut crimen neceſſitate remoueat, & aduertat

quod

quod dicat abiecisse se illa corpora tempestate agente.

ERit ergo diuisio secundum locos, quos supra proposuimus. Præpositio est criminis, an sit læsa Resp. cum tam boni & uasti milites, quibus deberet sepulturæ bonum contingere, in profundum proiecti sint.

SEcundum quem proposuimus locum ex causis diuidemus. Non possit hoc imperator primo loco, ut si nitiuo præcedente uice præscriptionis. Neque uero nos unquã fugere debebit hic locus, si res omnino petietur. Quippe in nulla causa omittenda præscriptio est, quæ tenet locum primum, etiamsi descensuri sumus ad alias actiones. ut si dicat hic imperator, nõ in his esse crimen Reip. nec posse dici Remp. læsam, quæ nullũ detrimentum possit accipere corporibus abiectis, quæ iam commodum afferre non poterant.

DEinde erit locus ille quem dicimus ex causis, an ulla res ipsa per se debeat æstimari, sed causa cur facta sit, ut si uoluntate sit factum, plectatur ille qui fecerit: sin uero necessitate, non ueniat ad pœnam hominis culpa fortunæ.

ET statim sequitur ipsa remotio, an culpæ imperatori esse non debeat, quod tempestas fieri coegerit. Hic erit iam ille fortasse locus à summo ad imum, cui dubiam sedem fecerat. Nimirũ enim à summo ad imum omnia persequet' reus, queadmodũ uoluerit reuehere domũ corpora cum imposuerit in naue, sed necesse habuerit

buerit abijcere, ut hi qui incolumes erãt, quicq; uiuebãt, & prodesse Reip. poterant, ex periculo euaderent.

HVic occurritur, quemadmodum diximus, aut coniectura aut qualitate. Coniectura sicut possumus negare tempestatem fuisse. Qualitate possumus dicere, etiamsi tempestas fuerit, non tamen rem talem, & tam impiam fuisse faciendam.

DEinde est translatio, quæ in hac causa forsitan cessat, in alia tamen non erit ociosa, si potuerit accusator dicere, etiamsi faciendum erat, referre utiq; ad senatum uel ad populum debuisti, non tuo arbitrio facere. Sed hanc translationem diximus aut simplicem esse, aut comparatiuam.

COmparatiuam autem, ut si dicamus omnia potius reum pati debuisse, quàm facere quod fecit.

DEinde est uoluntas & qualitas conclusiua, quarum uim supra iam frequenter ostendimus. Hic quoq; idem illud attendendum est, quod paulo supra in absolutæ qualitatis statu monuimus, quod etiam remotio pari ratione legalis est, cum ipsam remotionẽ reus mutat ex lege, ut si dicat se id quod fecerit, fecisse legis alicuius imperio. In hac quoq; similis erit, atque in absoluta qualitate diuisio, ut sit propositio criminis: deinde scriptum quo coactum se reus dicit: deinde interpretatio scripti ex parte accusatoris: deinde cæteræ quæstiones ex locis reliquis remotiui status.

DE DEPRECATIONE.

DEprecatio est, seu ueniæ petitio, cũ de eo quod intenditur cõfitemur, scilicet ueniã petimus, præcedente aliqua facti causa, quare possit ignosci. Loci eius propositio criminis, locus cõmunis ex causis, ipsa depcatio, à summo ad imum. Occurritur autem deprecationi aut occupatione, aut cõiecturali uoluntate, & qualitate conclusiua. Verum hic status non erit satis firmus in grauioribus causis atque criminibus, sed in his, in quibus possit ignosci. Velut si reus sit iniuriarum adolescens luxuriosus, quod post cœnam aliquem pulsauerit, & prætendat ebrietatem, atque hoc nomine petat ueniam. Vt autem uim locorum scire possimus, percurramus tractatum ipsius. Huius exemplum.

PRopositio criminis est, an iniuriarum lege teneatur, quod ciuem pulsauerit.

LOcus cõmunis ex causis est, an non per se res ipsa debeat æstimari, sed quasi causa facta sit. Vt si consulto & nocendi uoluntate sit facta, seuere puniatur: sin uero non culpa hominis, ut sit impune, & detur uenia.

CVius petitio per illa quæ sunt à summo ad imũ, persequenda est, an indigna res uenia, cum adolescens post cœnam cui pax uenit horæ errauerit.

HVic loco occurri diximus tribus modis. Pari, ut dicamus, nihil facere, ex qua causa hoc fecerit, cum ad æque iniuriã passus sit ille qui pulsatus est. Occupatione,

tione,ut dicamus additamentum esse culpæ, non excusationem, quod prætendatur ebrietas. Duplicari enim crimen pulsationis,crimine ebrietatis. Coniectura si poterimus dicere,nec ebrietatem in causa fuisse.Cui cohæret uoluntas coniecturalis, ut dicimus licentiæ uoluntate pulsatum.

QValitas conclusiua est,quæ, ut sæpe iam diximus, in epilogo uel exaggeratur culpa, uel extenuatur. Quoniam ferè omnia uidemur tradidisse,quæ de rationalibus statibus uidebantur esse tradenda, non est ab re aliquid de his controuersijs tradere,quorum de statibus plerumq; dubitatur.

INgrati actiones quidam finitiuas arbitrantur,quasi quæratur quid sit ingratus, sed errare isti uidentur. Nō enim ratio nominis de finitione pendet,nec quæritur quid sit ingratus,sed errare dicitur ille qui reus est. Neq; uero contraria defenditur,ut & ipse definiat quid sit ingratus,sed utitur fermè:aut remotione, ut neget se eam gratiam referre potuisse ad compensationem,ut dicat nec illi ipsi expedire,aut illi oportuisse gratiam reddi dicetur,fortasse & absoluta interim qualitate non utilituisse sibi dicat, sed illo modo gratiam reddi non oportuisse contendat.

ERrit igitur diuisio in huiusmodi causis,ut sit propositio criminis à summo ad imum, quibus cōmemoret accusator, quæ beneficia præstiterit, quibus in-

nuerit quẽadmodum non potuerit intrare. Deinde erit responsio ex eo statu, quemcunq; illum suggerit causa secũdum locos status ipsius, cum quis de moribus reus sit, propemodum status est absolutæ qualitatis. Neq; enim dubium est lege nulla uetari, quod lege nulla accu satur. Porrò in qualitate absoluta dicimus licitum quod intenditur, & ex eo quæstio eò peruenit ut quæratur, an potuerit id fieri. Quod tum oportuit fieri, utique ad cri men morum nõ pertinet. Potest huiusmodi causarum & illa esse diuisio ex negocialis status locis, ut quæratur an legitimum sit id quod factum est, an iustum, an uti le, an honestum. Ex his enim poterit æstimari, an pecca tum moribus fuerit, non tamen ut statum negocialem esse dicamus, sed absolutam potius qualitatẽ, ideo quia de facto quæritur, non de futuro deliberatur. Et ut dixi, absolutæ qualitatis est proprium, ut quæratur, recte an perperam sit factum: cum causas mortis uoluntariæ red dit, putant quidam negocialem statum, quia quæratur, an ille debeat mori, & quæstio quasi tota sit de futuro. Sed si hoc est & in his causis, in qbus reb9 est, à quis ne gocialis esse uideat᷑. Quæritur enĩ & ibi, an debeat ipse damnari. Porrò de præterito omnis est quæstio. Ex his enim quæ præcesserunt æstimandum est senatui, an pe tenti dari debeat moriendi potestatem, uideamus: re ctius putemus statum huiusmodi cõtrouersiæ & ex eo quod controuersia dicitur, opponi. Nam huiusmodi

causæ

causæ eandem naturam habent, quã illæ,ubi accusator & reus ex diuersis partibus consistunt. Nam & qui causas mortis uoluntariæ reddit accusator, quodammodo usus est ille defensor qui contradicit. Inueniemus igitur aut remotiuas esse huiusmodi causas, aut deprecatiuas, aut quasuis potius quàm negocialeis. Abdicationum quoque causas negocialis status quidam arbitrantur, quoniã quæratur an quis debeat abdicari. Sed hoc tale est, quale & de quo supra locuti sumus. Ergo inueniẽtur hæ causæ iudicialium statuum, ut sit aut qualitas absoluta, aut ex sumptibus alicuius frequentissima, tam deprecatio quàm actio est contra patres.

GEnerales quidem quæstiones quasdam in abdicationum causis esse scribere debemus, ac prima illa quasi præscriptiua est ex patrum parte, an patres ex lege habeant abdicandi potestatem, an possint liberi contradicere, & an illis relicta sit contradicendi potestas, etiam illa quæ generalis est quæstio, etiã propriori causa, an merito abdicetur, qui non fecerit uel non facit aliquid ex patris uoluntate: an uero in quibusdam rebus fas sit non obsequi patris uoluntati. Neque enim ferè abdicatur quisquam, nisi aut uoluntatem patris in altero, utrum patrem impugnare dicatur. Deinde cum peruentum fuerit ad speciem, hoc est, ad id quod criminis loco obijcietur, incipiet ex defensione nasci status, qui locis suis erit persequẽdus. Sed ne abrupte uideamur ne-

gare, negocìali ſtatu nunquã eſſe cauſam abdicationũ; erunt aliquando fortaſſe illo modo, ſi non ob factum aliquod ſuus abdicabitur filius. Nam ille quidẽ iudicia li, ut ꝓpoſuimus, actione defendet: ſed fortaſſe ad illud exemplum poterit uideri negocialis ſtatus, furentem filium abdicauit, reuocauit ſanatum, abdicauit rurſum furentem. Hic ſanè non eſt iudicialis ſtatus: neque enim crimini obijciuntur adoleſcenti, quæ ex parte eius erunt perpurganda. Sed quaſi generaliter quæritur, an probabilis cauſa ſit abdicandi propter furorem.

INiuſti repudij actiones ferè erunt relatiui ſtatus. Neceſſe eſt enim utilis, qui neget iniuſte repudium datum, oſtendet crimen & culpam, quare merito & recte repudiata. Quæritur iniuſtæ dementiæ actiones, quæritur ad quem ſtatum pertineant. Nobis non dubium uidetur in huiuſmodi cauſis coniecturalem eſſe ſtatum; Ceſſantibus ſanè primis locis, à uoluntate, & ex facultate. Neque enim dubium eſt, quin & nemo uelit demens eſſe, & tamẽ poſſit demens eſſe. Merito omnis quæſtio à ſummo ad imum ex locis inſequentibus: quoniã quæ in cõtrouerſia ſunt poſita, perinde ſunt ſigna demẽtiæ, atq; in criminũ cauſis ex eodẽ loco ſigna ſunt criminũ.

DE SCRIPTO ET VOLVNTATE.

NVnc iam ad legales ſtatus tranſeamus, quorum primus ſcriptum & uoluntas, cum alter utitur ſcripto, alter contra interpretatur ſcripti ipſius uoluntatem

ſcriptum ſit, id eſt, quaſi res ipſas opponere.

LOci autem eius ſtatus, propoſitio ſcripti, interpretatio ſcripti per eum locum, qui uocatur à ſummo ad imum.

HVic contrarius locus par interim & maius: deinde legiſlatoris uoluntas ex utraq; parte, deinde finis, deinde trãſlatio, uoluntas, & qualitas. Inſpiciamus uim iſtorum per exemplum controuerſiæ, ſi placet, talis: Peregrinus murũ ne aſcendat belli tempore. Cum hoſtes iam murum aſcenſuri belli tempore uiderentur, peregrinus aſcendit in murum & hoſtes reiecit, uictoria facta, reus quod contra legem fecerit.

PRopoſitio ſcripti eſt, an cum lex peregrino interdixerit, ne murum aſcenderet, teneatur ex lege, quia aſcendit in murum.

INterpretatio ſcripti, an alios peregrinus prohibeat aſcendere, & pacis tempore uetet aſcendere. Hunc nõ prohibuerit qui aſcenderet ut ciuitati ſubueniret, & aſcenderit eo tempore, quo iam ciuitatem hoſtis intraret: aſcenderit deniq; ut ex deſperatione tanta pacem & uictoriam redderet. Facile eſt enim animaduertere potuiſſe nos & illum locum, quẽ interpretationi ſcripti adiunxerimus, eum ſcilicet à ſummo ad imum.

CVm omnia quæ ab iſto facta eſſent, quæque ad defenſionem eius pertinerent, ſingillatim ſumus perſecuti: poſueramus deinde locũ qui par appellatur, an nihil.

an nihil intersit quo tempore uel qua causa ascendisse dicatur. Sequitur magis, an uel magis etiã licitum fuerit belli tempore id fieri quod prohibitum est, ut aduersus belli pericula caueretur.

DEinde est legislatoris uolũtas, quid senserit ille qui legem ferebat. Id quidẽ raro quæritur separatim, sed sæpius cũ ipsius scripti interpretatione permixtum est, utrum prorsus peregrinũ non admittendum in muros esse censuerit, an non admittendum eum qui perniciosus esset futurus.

SEquitur finis, án ne sit iste peregrinus qui præstiterit operam optimi ciuis.

ESt & translatio, ut diximus, an ut ei liceret hoc facere, autoritate publica repetere debuerit, cum aliter non liceret.

Deinde est uoluntas, quo animo fuerit.

DEinde qualitas conclusiua, quale sit factum. Iam de istis locis duobus ubique incuriosius dicemus, quoniam sæpe iam dictum est.

DE LEGIBVS CONTRARIIS.

LEgum cõtrariarum status est, cum duo scripta contraria inter se pugnare uidentur, unde & status nomen accepit.

ET est ferè quasi duplex scripti & uoluntatis status, quia utrumq; scriptorum interpretatio est.

Ergo

ERgo etiam loci hi ſunt,propoſitio ſcripti,ſiue interpretatio ſcripti:propoſitio alterius ſcripti,& interpretatio ſcripti.

DEinde utrius legis uoluntas,quæ, ut iam ſupra in altero ſtatu diximus, ad plurimum permixta eſt cum interpretatione ipſius ſcripti,aliquando tamen habebit & ſeparatim fortaſſe tractatum.

DEinde eſt finis in utraq; parte,qui & ipſe aliquando interpretationi ſcriptorum permixtus eſt.

INde eſt comparatio uel legum ipſarum, uel rerum, de quibus diſceptatur.

ERit aliquando tranſlatio,deinde uoluntas & qualitas.Percurramus quos locos ſub exemplo controuerſiæ illius,qui templũ Cereris intrauerit,oculos amittat:qui parenti auxilium non tulerit,capite puniatur.

QVidam cum mater eius in templo Cereris uapularet, ingreſſus eſt templum, opitulatus eſt matri,petitur ad pœnam lege,quæ iubet & Cereri, & ei qui templum Cereris intrauerit. Quia primum illud ſcire debemus,quod aptiſſimum erit in cauſis contrariarum legũ incipere ab aduerſarij ſcripto, idq; ex diuerſa parte proponere, & interpretatione rebuſque diſſoluere, cum eius legas ſcriptum, proponere quæ nitemur. Ipſi tamen etiam hæc lex ſuperetit quodammodo, cum alterius ſcriptum fuerit interpretatione ſubuerſum. Inuenio tamen noſtrum ſcriptum nõ incommode priore

loco posse proponi, ut proponamus & certationẽ qua utitur aduersarius:hoc in eam partem pro nobis erit, quo iam certo nostro iure poterimus scriptum illius interpretatione dissoluere,cum inconfessum uenerit illud scriptum,ad interpretationem descendere. Sed ut sit illa diuisio,quam supra cœpimus tradere. Illa enim magis placet:erit locus primus ex parte accusatoris, propositio illius scripti quo reus nititur:an possit reus fieri,qui legi fuerit obsecutus,& matri fuerit auxilio. Huic adiuncta statim interpretatione, an frustra sibi esse putet ex lege defensionem,qui matri tulerit auxilium, non tamen aduersus iniuriam uerberum:tunc tamen cũ ita res agetur,ut filio liceat id facere. Hunc locum à sũmo ad imũ oportebit implere, quis ille locus fuerit.

SVLPITII VICTORIS INSTITVTIONVM ORATORIARVM AD M. SILONEM, FINIS.

Autor



AVTOR INNOMINATVS DE RHETORICIS.



MNES res iuxta rhetoricæ indagationem diſciplinæ argumentando confirmantur, aut ex eo quod perſonis, aut ex eo quod negocijs eſt adtributum. Ac perſonis has res adtributas putamus, nomen, naturam, uictum, fortunam habitum, affectionem, ſtudia, conſilia, facta, orationes, caſus.

NOmen eſt, quod unicuique perſonæ datur, quo ſuo quæq; proprio & certo uocabulo appellatur. Nam de nomine nõnunquam aliquid ſuſpicionis ſiue argumẽtationis naſcitur. ut ſi dicamus idcirco aliquem callidum uocari, quod temerario & repentino cõſilio ſit. Nam eiuſmodi nomina quaſi indices morum, hominibus ſæpiſſime imponuntur.

AC de naturali aliquantum ducere ſuſpiciones, cuius partes ſunt plurimæ. Aut enim ſexus conſideratur, ut ſiue uir ſiue mulier ſit: aut natio, ut Graius an

barbarus: aut patria, ut Athenienſis: ſiue Lacedæmonius, aut cognatio: quibus maioribus, quibus cõſanguineis: aut ætas, ut puer, an adoleſcens natu grandior, an ſenex. Præterea commoda aut incommoda conſiderantur, an natura data animo an corpori, hoc modo. Valẽs an imbecillus, longus an breuis, formoſus an deformis, uelox an tardus, memor an obliuioſus, pudens, patiẽs, an contra, & omnia hæc quæ naturæ ſunt attributa, ad aliquam coniecturam faciendam.

ET ex uictu multæ trahuntur ſuſpiciones, cũ quemammodum & apud quos, & à quibus educatus & eruditus ſit quæritur, & cum quibus uiuat, qua ratione uitæ, quo more domeſtico uiuat.

ET ex fortuna ſæpe argumentatio naſcitur, cum ſeruus an liber, pecunioſus an paup, nobilis an ignobilis, felix an infelix: priuatus, an in poteſtate ſit, aut fuerit, aut futurus ſit conſideratur: aut denique aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ eſſe adtributa intelligãtur.

HAbitus autem, quod in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit, aut uirtutis aut artis alicuius perceptione, & item corporis aliqua commoditate, non natura data, ſed ſtudio & induſtria cõparatio. Ipſa cauſa poſita docebit, quid hic quoque locus ſuſpicionis oſtendatur.

ADfectio eſt animi aut corporis ex tẽpore aliqua de cauſa cõmutatio. Vt lætitia, metus, cupiditas, moleſtia,

molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodẽ genere reperiuntur. Et ideo affectionis quidem ratio, perspicuã solet per se gerere coniecturam. ut amor, iracundia. Propterea quod & illorum uis intellegitur, & quæ res harum aliquam rem consequatur, facie cognita sunt.

STudium autẽ, quod est animi assidua, & uehementer ad aliquam rem adplicata magna cum uoluntate occupatio. ut philosophiæ, poeticæ, geometriæ, literarũ. Facile ex eo ducetur argumentatio eius, quod res in causa desiderabit.

ITem ex consilio sumetur aliquid suspicionis. Nam consilium est, aliquid faciendi, non faciendiúe excogitata ratio.

FActa autem, & casus, & orationem, tribus ex temporibus considerabimus: quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut qd dixerit, & quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus sit, quid ipsi casurum, qua sit usurus oratione.

NEgocijs quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negocio, partim in gestione negocij considerantur, partim adiuncta negocijs sunt, partim gestum negocium consequuntur.

COntinẽtia cum ipso negocio sunt ea, quæ semper adfixa esse uidentur ad rem, neque ab ea possunt separari. Ex his prima est breuis complexio totius negocij, quæ summam continet facti, hoc modo. Patris occi-

sio, patriæ proditio est. Deinde causæ eius summæ, per quam, & quamobrem, & cuius rei causa factum sit quæritur. Deinde in ipso genere negocij, quid actum sit, deinde quid postea factum sit.

IN gestione negocij, qui locus secundus erat. De his quæ negocijs sunt attributa, quæritur locus, tempus, modus, occasio, facultas.

LOcus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate quã uidetur habuisse negociũ administrandum. Ea autem opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, & uicinitatis, & toti9 regionis. Ex his etiam attributionibus, sacer, profanus, publicus, priuatus, alienus, an ipsius loci sit de quo agitur, locus sit aut fuerit.

TEmpus autem est id quo nũc utimur. Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est, pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturniúe spacij certa significatiõe. In hoc & quæ præterierint considerantur: & eorum ipsorum quæ propter uetustatem obsoleuerint, aut incredibile uideantur, ut in fabularum numerum reponantur: & quæ iam diu gesta, & à memoria nostra remota, tamen faciunt fidem, uere tradita esse, quod eorum momenta certa in literis extent: & quæ nuper gesta sunt, quæ scire plerique possunt: & item quæ instent in præsentia, & cum maxime

fiant

fiant:& quæ cõsequantur, in quibus potest considerari, quid ocyus, quid serius futurum sit. Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium & uideri, poteritne aut magnitudo negocij, aut multitudo in eo transigi tempore.

OCcasio aũt est pars temporis, habens in se alicuius rei faciendi aut nõ faciendi opportunitatẽ. Verum in tempore spacium quodammodo declaratur. In occasione ad spacium temporis faciendi quædam opportunitas intellegitur. Hæc in tria distribuitur genera, publicum, commune, singulare.

Publicum est, quod ciuitas uniuersa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum.

Commune, quod accidit omnibus eodem ferè tempore, ut messis, uindemia, calor, frigus.

Singulare est, qđ aliqua de causa priuatim alicui solet accidere, ut nuptiæ, sacrificium, funus, conuiuium.

MOdus est, in quo quemadmodum & quo animo factum sit quæritur: cuius partes sunt, prudentia & imprudentia.

Prudentiæ autem ratio quæritur ex his quæ palàm in persuasiones fecerit.

Imprudentia autem in purgationem confertur. cuius partes sunt, inscientia, casus, necessitas.

FAcultates sunt, aut quibus facilius aliquid fit, aut sine quibus non fit.

Adiunctum

ADiunctum negocio autē illud intellegitur, quod maius & quod minus, & quod ſimile in negocio quod agitur: & quod æque magnum, & quod contrarium, & quod plurimum dicitur, & quod diſparatum, & genus, & pars, & euentus.

Et minus & æque magnum, & ex ui, & ex numero, & ex figura negocij, ſicut ex actu corporis conſideratur.

Simile autem ex ſpecie comparabili aut conferenda, atque adſimulanda natura iudicatur.

Contrarium eſt, quod poſitum eſt in genere diuerſo, ab eo cui contrarium dicitur.

Plurimum diſtat. ut frigus, calor, ut mors.

Diſparatum eſt autem, id quod ab aliqua re præpoſitione negationis ſeparatur hoc modo, ſapere & non ſapere.

Genus eſt, quod partes aliquas complectitur. ut cupiditas.

Pars eſt, quæ eſt ſub genere. ut amor, auaritia.

Euentus eſt exitus alicuius, in quo quæri ſolet, quid quaq; re euenerit, eueniat, euenturum ſit. ut ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia.

QVarta autem pars eſt ex his quæ negocio dicebamus attributa conſecratio. Eæ res in hac quæruntur, quæ geſtum negocium conſequuntur.

Primū factum eſt, quo id nomine appellari cōueniat.

Deinde eius facti qui ſint principes & inuentores.

Qui

Qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.

Deinde quæ de ea re, aut quæ eius rei ſit lex, conſuetudo, pactio, iudicium, ſcientia, artificium.

Deinde natura eius uulgo euenire ſoleat, an inſolenter & raro. Poſtea homines ſua autoritate id comprobare, an defendere in his conſuerunt, & cætera quæ factum aliquid ſimiliter confeſtim aut ex interuallo ſolent conſequi. Ac negocijs ferè res hæ quas cõmemorauimus ſunt attributæ.

AVTORIS INNOMINATI DE RHETORICIS, FINIS.



A. AVGVSTINI DE MVSICA LIBELLVS.



RSIS & thesis, id est, eleuatio & positio, in plaudendo fiunt. Quia enim leuatur & ponitur manus, partem pedis sibi eleuatio uindicat, partem positio.

AMPHIBRACHYS merito de metris excluditur, quia unum & tria tempora ad plausum non recte côueniunt. Nam carmina ad plausum canebantur, Vnde est illud Ouidij:
Et mea sunt populo saltata poëmata sæpe.

PEdes namq; plausu discernũtur. Si enim uelis pyrrichio currere, unum tibi tempus eleuãdum, unum ponendum sit. Si proceleumatico, duo & duo. In dactylo quoque, duo: semel in longa syllaba, & iterum in duabus breuibus.

BAsis est duorum pedum iunctura, quasi quidam itus, qui fieri non potest, nisi per duorum pedum motum. Ergo bini pedes iuncti in rythmo, basim faciũt. Latine rythmus numerus: metrum, mensio uel mensura appellatur. Sed quoniam hæc apud nos nomina late

patent,

patent,& cauendum est ne ambigue loquamur,cōmodius utimur Græcis nominibus,illud rithmum, hoc metrum appellantes.

OMne metrum rithmus,nominis rithmus,metrum etiam est. Item omnis uersus etiam metrum, sed non omne metrum etiam uersus. Ergo omnis uersus & rithmus & metrum.

MEtrum fit coniunctis pedibus. Nam unus metrū non est.nec unus & semipes,sed metrum à duobus pedibus incipit, siue ipso sono plenis, siue ad implendum quod deest,adnumerato silentio, & usque ad octo tenditur.

VErsus à doctis appellatur, qui duobus membris certa ratione dimensis constat:nec est datum duobus pedibus, sed duobus membris constare uersum. Cumque manifestum sit non unum pedem habere,sed plures, nónne ipsa res indicat, longius membrum esse quàm pedē? At si membra æqualia sunt in uersu,nónne præposterari poterit,ut prima pars sine discrimine ultima,& ultima prima fiat? Ergo ut hoc non fiat,satisq; appareat, discernaturq; in uersu aliud esse membrum quod incipit, aliud quod desinit, non possumus recusare inæqualia membra esse oportere. Idcirco prius in pyrrichio consideremus,in quo minus tribus temporibus membrum esse non potest, quoniam id primum est plusquàm pes.

ERgo minimus uersus septẽ tempora habebit, quia minus quàm tria membra habere non potest. Sed melius est dicere, septem semis, quia debetur unius temporis silentium, dum ad principium reditur, ut spacium pedis possit impleri. Et hoc adnumerato, tempora erũt octo. Quocirca ut minimus, qui etiam primus est pes, minus quàm duo, ita minus qui primus est uersus, minus quàm octo tempora habere non potest.

MAximus autem uersus, quo maior esse non oportet, plusquàm octo pedes non recipit, nec tempora quàm triginta duo: Estq; in specie temporis & idem numeris pedum, & metro, & uersu quidem communis temporis, ultróque progredi utrumq; non debet.

POëma est lexis enrithmos, quæ plura uerba in quãdam formam apte includit.

Poëma rebus constat tribus, Mytho, plasmate, historia.

Mythus est res ficta, nec credibilis. ut Hippocentauri, Cyclopes, Gigantes.

Plasma est res ficta, similis uero. ut Aeneam uenisse Carthaginem, & in templo Iunonis aspexisse Troici belli imaginem.

Historia est res uera, unde etiam nomen accepit. Histores enim sunt martyres. id est testes.

INter poëma, & poësin, & poëticen, & poëtam hoc interest. Poëma est quod supra diximus.

Poesis

Poësis est perpetuum argumentum enrithmum.ut Odyssea,annales Ennij,Aeneis Vergilij.

Poëtice est harum rerum ars.ut grammatice,musice.

Poëta,artifex.ut grammaticus,musicus.

Poëtices,opus.poësis & poëma. Erit igitur poetice in arte,poema in opere,poesis in toto.

Pars enim poeseos,poema.uel ut pars hominis manus.Hoc modo alterum genus est,alterum species.

SPecies metrorum sunt quatuor,Epica, Melica,Comica,Tragica.

MEtra autem omnia tribus modis uariantur,adiectione,detractione,permutatione. Ita fiunt innumerabiles species ortæ ex prototypis nouem, id est heroicum, iambicum, trochaicum, proceleumaticum,anapæsticum, pæonicum, ionicum, ἀπὸ μείζονος, ionicum, ἀπ᾽ ἐλάσσονος,choriambicum.

SI aliquando quinto loco in uersu hexametro spondeus ponatur pro dactylo,spondiazon dicitur.

Idem uersus si spondei ultimi loco dactylus fuerit, dactyliazon dicetur uersus.

Si aũt omnes spõdei fuerint,spõdaicus nominatur.

Si quinq; dactylos habuerit & spõdeum,dactylicus appellabitur.ut est illud:Panditur interea domus omnipatentis Olympi. Item spondaicus: Olli respondit rex albãi longãi.

AEneidos casus genitiuus Græcus,non uenit ab eo

quod est Aeneas, Aeneados em̃ faceret, sed ab eo quod Aeneis. Nã sicuti Peleus, Peleis, Peleidos, ita Theseus, Theseis, Theseidos, ita Aeneas, Aeneis, Aeneidos facit.

QVatuor sunt species communis generis nominum. Vnum masculinum & fœmininum, quod est omnibus notum. Alterum masculinum & neutrum, ut hospes. Dicimus enim hic hospes uir, & hoc hospes littus. Similiter sospes mas, fœmina sospita & hospita dicitur. Tertium fœmininum & neutrum, ut uictrix, ultrix: & quæcunque hoc modo declinantur. Quartum, trium generum, ut felix.

A. AVGVSTINI DE MVSICA LIBELLI FINIS.

Emporij



EMPORII RHETORIS DE ETHOPOEIA AC LOCO COMMVNI LIBER.



ET SI adlocutio non eſt plena materia oratorum, eſt tamen uel materiæ portio, uel omnium præparatio. Adfectus etenim ineſſe omnibus orationibus debent, cuius imitandi prima hic exercitatio datur. Denique à nonnullis hæc materia ethopœia uocat᷑, quod ethos, id eſt affectum dicentis effingat. Dat præterea & elegantis ſtili diſciplinam. Nam autem ſunt tres figuræ, uaſta, humilis, temperata, quas Græci characteres uocant, Aſianum, Atticum, Rhodicum. Hinc aptam materiæ, ſenſuum, ſententiarum, uerborumq́ue formam accommodare meditamur. Aliter enim orationem uel incipit, uel exequitur iratus, aliter timens, aliter gaudens, aliter triſtis, aliter ſenex, aliter iuuenis, aliter uir, aliter fœmina. Refert in dicẽdo, deus an homo ſit, laſciuus an tetricus, ignauus an fortis, doctus an ruſticus. Sit igitur alacris lætantis oratio, tumẽs uani, breuis & cõſciſſa properantis, meretriculæ mollis & blanda, matronæ ſeria, ſenum grauis,

grauis,temeraria pueri,misera,humilis, longa & multa ambiens confitentis,parasiti faceta,matris anxia,incon/dita rustici,oratoris ornata. Postremo in omnibus di/ctionibus mores eius,cuius uerba fingenda sunt, exprimamus. Quod genus allocutionis, ut supra dixi, etho/poeia nominatur.

EST sanè præter ethos & pathopœia,qua imitamur affectum,non naturalem,sed incidentem. Quam materiam ab ethopœia praue distinguunt, qui pu/tant esse ethe, quæ lætos fingant. Pathe uero,quæ tri/stium sint,cum ideo hoc sit pathetica nomine nuncupata,quod accidēs alter affectus,naturalem illum morē sæpe subuertat,patiaturq; materia uelut uim quādam,cū is qui loquitur,à suo loquendi more declinet. Vt cum Hercules,cuius constans fuit semper oratio,paricidium suum luget. Vel cum apud Homerum Achilles semper minax,circumuentū se à flumine gemit. Aut cum Me/zentius semper crudelis,uel Turnum precatur ut se susci piat.uel Aeneam ut sibi tribuat sepulturam. Denique ethos personam sequitur semper,pathos causam.Igitur cum incurrens proponderabit affectus tunc uocabitur pathopœia,ne tamē plene affectus qui ingeneratus est deseratur. Nam neque ipse Mezentius sic precatur ut Turnus,nec sic uulnere suo Mars mœret ut Venus. Valeat ergo interdum mos ingeneratus, dum tamen qui superuenit,propensius exequatur,si plus in materia uis

ipsius

ipſius præualebit:ſin mediocris ſit qui acceſſit, affectus leuiter inſeratur.

TErtium genus eſt ethopœiæ, quod rei gerendæ tantum cauſa inducitur. Quale eſt illud, Vade, age, nate, uoca Zephyros. Et uidimus ó ciues Diomedē. quæ materia pragmatica nominatur. Raro tamen ita ponitur, ut non uel leuiter aliquis illic affectus operetur, ſicut in hac operam ſuam ſedulo commendat Venulus, extollit Diomedem.

ESt & illud quartum genus allocutionis, quod ab oratoribus magnis in cauſis grauioribus & tragicis frequenter aſſumitur, cum mutis damus uerba, & fingitur perſona quæ non eſt. ſicut M. Tullius uerba prouinciæ uel Reip. inducit. Id proſopopœia uocatur.

PRoſpecto igitur genere materiæ, & formato habitu mentis ad ſpeciem dicendi, principium quærendum eſt. Sumitur autem aut de perſonis, aut de re, aut de tempore, aut de loco. De perſonis ante omnia, uel de noſtra, uel de eius apud quem ſermonem habemus, uel de illius de quo loquimur.

De noſtra, ut eſt apud Vergiliū in uerbis Iunonis: Mé ne incepto deſiſtere uictam? Vel in Turni uerbis: Equidem merui nec deprecor, inquit.

De perſona eius apud quē loquimur, ut eſt in eodē. Aeole namq; tibi. Et illud: O fama ingens.

De perſona de qua loquimur, ut, Iunonis grauis ira.

 Et illud:

Et illud: Exulibus' ne datur?

De re. ut est illud: Non hæc solennia nobis Has ex more dapes? Et illud: Maxime rex.

De tempore. ut, Dum bello Argolici. Et illud: Venisti tandem.

De loco. Nulli certa domus. Nec tamen in omnibus materijs hæc uniuersa ponenda sunt, sed uniuersa reputanda, ut tractatis omnibus, id quod sit aptissimum delegatur: quanquam aliquãdo & duas res ex istis, aut etiam tres recipit una materies, raro tamen, ut est in Ilionei uerbis. A persona ad quã loquimur: O regina nouam iubes. Ab ea quæ loquitur. ut est: Troes te miseri. De re: Non nos aut ferro ip.

RECeptis ergo principijs, aptéq; conscriptis, ipsa materia per temporum ordinem dirigatur. Est enim secundum naturã, ut prius quæ gesta sunt explicemus: deinde quæ nũc gerãtur, ad ultimũ quæ gerenda sunt. In qua diuisione discrimẽ est, ne omnia p narrationẽ ac fabulam transigantur. Itaq; id solum delegemus quod pertinebit ad rem, quæ in themate continetur. Sane & hic cogitemus, sic omnes ferre materias, sed alias uberius, alias partius, nonnullis pleraque deesse. Sit ergo exemplo de eodem Vergilio, sermo Iunonis, cũ Aeneã in Italia uideret. Est enim persona quæ loquitur. Heu stirpem inuisam. Dein de præterito: Num Sigæis occumbere campis. & deinceps usque illud, quod uasta c. p. De præsenti

p. De præſenti Optata potiũtur Troes harena. De futuro. Non dabitur regnis e.p.l. & cætera quæ ſequuntur.

DE LOCO COMMVNI.



LOcus communis eſt in ſignis, & non tabulis, facti ad augendum pertinens executio. ſiue illud, uel qua ſummum bonum, uel qua maximũ crimen aliquam in ſe admirationem ipſa nouitate conuertit. Aeque enim prædicabilia & infanda commiſſa, licet diuerſo iudicio, ſimili tamen cõmutatione mutatur. Sed huius materiæ propoſitioni hanc primam cõuenit ineſſe obſeruationem: ut factum quod bonum eſſe uideatur, tale omnino ponatur, ut obnoxium crimini eſſe nõ poſſit, uel quod malum alieniſſimum laude ſtatuatur. Cuius hæc tota uis eſt, ut quod in illa laudari poſſit, poſſit ex contrario non probari.

Itaque proponemus hoc factum, quod à reprehenſione motum ſit in uiro forti.

Item proponemus quod laudis minime ſit in parricida, & utrumque maxime conabimur dicendo. Et quoniam hoc materiæ genus uel ſimplex, uel duplex, uel cõpoſitum eſt, quibus gradibus occaſiones quædam augendo, id eſt, hoc modo deprehendemus. Simplex locus eſt communis in ſacerdotem pium. Duplex in ſacerdotem pium, templorum plurium. Compoſitus in ſa-

dotem piũ,templorũ plurium, qui sacra æde flagrante, & simulacrũ de incẽdio rapuit, cum oculos perdidisset.

Item in malo facto locus communis est simplex in ueneficam uirginem, duplex in ueneficam uirginem & paricidam, compositus in ueneficam uirginẽ, que aliam ueneficam carminibus suis fecit ardere. Quibus inspectis, cauenda est illa turpissima uitij familiaritas, qua cõmuniter auspicamur, id est, ut dicamus rem magnam, ad uos iudices defero, imò nulli alij cõparãdã: uel adduco ad uos reũ, omni immanitate cæteros supgressum.

Sed inspiciendi personarum habitus, ut sacerdotis uittæ, & infulæ, & purpuræ uestis. ut uiri fortis arma & puluis & sudor & sanguis.

ET de his omnibus concinna & breuia: & quod est gratissimum, noua principia accõmodanda æque præstabunt, etiam uultus hominum considerati. ut, Latronis torua facies, truces oculi, crinis immissus, corpus immane. ut adulteræ, proterua lumina, impudẽs color.

Adiumentis pluribus formæ quæsitæ præstabunt, uniuscuiusque in quem dicemus sectatores & comites, quos adesse credibile est. ut sobrio continentes, eloquenti disertos, duci milites, contráque meretrici amatores, luxurioso parasitos, auaro cupidos.

Nec minus officia cuiusq; personæ dabunt adiumenta principijs. ut si in philosophum dicam, non expectat sapiens quidem gratias, nec desiderat præmia, sed nos

prætermittere

prætermittere ea quæ optime meruit non oportet:uel si aliquid quod orator fecerit augeamus. Notum quidẽ erat iudices,quantum esset in eloquentia bonum:hic tamen probauit artem illam, in se summam industriam continere. Vel ex contrario: Nulla quidem pœna grauis est latroni,sed nihilominus puniendus est. Vel magna quidem scio iudices,hanc in beneficio suo potuisse fiduciam & sperare,ut in criminum uiribus absolutionis suæ habeat potestatem,sed tanto magis immanitas illius opprimenda.

POst quæ sequentur diuisiones loci à consilio,à facto,à comparatione,ab euentu,distributo illo quidem illo singulari & præstantissimo ordine trium temporum præteriti,præsentis,futuri. Nam & in eo gradu qui à consilio uocatur, quicq; id agit,ut cogitatio exprimatur quæ præcesserit factum,præteritũ tempus attingitur:& in eo qui à facto nominatur, quicq; id laborat, ut uelut coràm res oculis audientiũ subijciatur, uis temporis præsentis impletur,& in eo cui nomen est à comparatione, æque præsens tempus efficitur. Nam locus ultimus ipso euentus uocabulo,futurum testatur.

SIt ergo exempli loco diuisio loci communis in iuuenem bonum regem. Dicemus enim à consilio illum à cæterorum iuuenum more digressum, indolem ætatis nõ malis artibus & libidinib9 dedisse,sed statim grauitate ea uixisse,ut seniores quocq; anteiret industria,di-

quam fiduciam securitatis æternæ? quoniamque & hoc ipsum uideri obuium potest in hunc locum, quæ aliter essent uetura, tractemus hoc modo. Quod si iste se nobis non huiusmodi principem præstitisset, quam superbiã, quos fastus & mixta libidini supplicia pateremur?

ET ne malorum quoque facinorum executionem præterisse uideamur, sit exemplo locus communis in uirginem paricidam, in quo consilio licet dicere, ubi sunt illi uirginum mores, qui contra oculos eleuare & libere loqui uerebantur, & aliquid uel innocenter audire.

LIcet & de facto inducere cæsum ferro à filia patrem, cum is mortem minime uereretur, etiam graui uulnere esse traiectũ, ut illud uix credi possit uirgo fecisse.

ITem promptum est à comparatione subiungere, ne uerbo quidem licitum uiolare pietatem, ne obsequiũ quidem parentibus denegare, iam in eum qui genuit uerberibus uti proximum paricidio est. Quid igitur? Crimen est occidere. Item patricidium in uiro quoque, & in eodem iuuene intolerabile fuisse: quanquam illum & feruor ætatis, & luxuriæ licentia, & nouissime fiducia uirium in facinus coëgisset: uirginem uero quæ nõdum matura coniugio, cuius manus nihil aliud quàm pensa decuissent, ferrum & paricidium non refugisse, habendum in maiore prodigio, quam ipsum est paricidij nomen, æque & euentus loco dici potest. Quod autem si soluerit hæc pudorem sicut uiro in audaciam transierit mulie

brem

brem,non ipsum uirum. Nónne si quos habuit liberos trucidauit,& reducet in præsens seculum, exemplũ horribilium fabularum? Mihi enim uidetur comparationis & euentus loco narratiuum aliquod posse misceri exemplum uel historicum,dummodo ab his locis iterũ ad speciem reuertamur.

EMPORII RHETORIS DE ETHOPOEIA AC LOCO COMMVNI LIBRI FINIS.



EMPORII RHETORIS DEMONSTRATIVAE MATERIAE PRAECEPTVM.



Emõstratiua materia,quæ uulgo laudatiua dicitur, non solum in prædicatione hominis alicuius,aut rei,sed etiã in reprehensione consistit. Vnde competentius multo demonstratiua dicitur,cum eadem aliquis sæpe culpabitur. Quantum enim inter eos conuenit,qui præcepta dicendi probatissime prosecuti sunt,nõ potest demonstratiua materia dici,nisi quæ talis sit,ut ex ea ex diuerso ali

quis

quis uel laudari uel uituperari possit.

Itaq; demonstratiua materia erit in Tullium uel in Cæsarem, quoniam utrumque eorum & laudare promptum est, & reprehendere. At uero in hominem pium, in uirum fortem, in eum qui sit cõtinens dicere, demonstratiua non erit, quia hi ex contrario carent crimine. Eritque potius communis locus, qui imperitorum maxima prauitate tantummodo in accusatione componitur. Idem enim & bonis artibus augendis & in malis est constitutus, si modo ipsi per naturam aut tantũmodo prædicandi sunt, aut tantummodo non probandi. Nam sicut in hominem pium, in uirum fortem communi loco perorabitur, quæ omnia à uituperatione semota sunt, ita dicetur in prædonem, ueneficam, paricidam, quæ contra omnia laude diuersa sunt.

SEd quoniã demonstratiuæ materiæ appellatio iam inueterata ignoratione sublata est, proponenda mihi hæc exercitatio uidetur specie quæ electa est in quacunq; persona, id est, ut dicatur aut laus ipsius, aut uituperatio.

LAudatur aũt aliquis aut reprehenditur ex his quæ sunt ante ipsum, quæ in ipso, quæ post ipsum.

Ante ipsum, ut genus, patria, parentes, propinqui.

In ipso, ut nomen, ut educatio, ut institutio, ut corporis species, ut ordo factorum.

Post eum, ut ipse exitus uitæ, ut existimatio mor-

tuum consecuta.

ITaque si dicemus in Cæsarem, laudamus à genere quod Rhomanus, quod patricius fuerit, quod usque ab Aeneæ & Iuli gente descenderit. Vel reprehendetur, quod nihil ad laudē attineat ipsius, si urbe magna, aut genere nobili procreatus, si originem suam uitæ flagitijs coinquinauerit: quanquā mihi uidetur hæc mentio generis tota partius esse augēda, cum in cuiusquam potestate non sit, quemadmodum natus sit, sed usurpanda potius ex interuallo & pro opportunitate. Aliōquin & hoc in uitio cōtrahemus, ut in diuersis materijs uniformiter auspicemur. Exin nomē tractabitur, quod Iulius à familiæ suæ principe ipso Iulo sit nominatus, & Cæsar ex eo quod uni maiorum suorum hoc nomen ascitum sit: occiso in acie Elephanto, qui Cæsar uocabatur: uel cōtra irridebitur, tam uanæ appellationis assumptio, quādo æque sit nomen hoc totum falsum, ferum, abortiuum, cum ipsi qui defunctarum matrum uteris execantur, Cæsares nominentur.

Sed hoc ipsum omne nimium remotum est, ac penè ridiculum, & tale certe, ut raro personæ reprehendātur, in quibus causas nominū mereri possumus. Ac si quid est quod de Cicerone, quod de Cæsare, quod de Seruilio forte dicatur, nescio quid præbeat disputationis nomen Numæ, Gracchi, Pisonis, Cethegi.

SEquitur educatio, quā hoc pacto præferemus in Cæsarem.

farem, ut illum cum esset puer relictus à mortuo patre, dicamus cum matre uixisse, quæ in eo hoc diligẽtior ac seuerior fuerit, quod in illa sola manserit etiã patris offi cium, aut econtrario non probabimus educationem in contubernio mulieris & matris, utraque re par firma & sexu & affectu laudabitur.

Idem ab institutione quàm plurima in facundia & dicendi studio fuisse probet, & prima paupertas, & gloria, & forensis præstantia consecuta.

Itemque culpabitur, quod adeo non adeptus sit formam oratoriæ facultatis, ut eum Græcæ exorationis expertem fuisse manifestum sit.

HVic forma corporis prædicabitur tanquam eminens & decora. Hinc dicetur eiusdem bonum pudicitiæ prostitutione uiolatum, quam Comœdi subiecerit Bithyniæ regi. Tum facta omnia quæcũq; poterũt, in partem utramq; ducentur. Dicetur enim accusatione Dolabellæ famã magnæ eloquentiæ consecutus. Negabitur eandẽ meruisse, cũ is quẽ accusabat euaserit. Dicetur honoribus p ordinẽ functus esse. Intẽdetur & quæsturam cruentã, & præturam turbulentam, adeo ut sena tusconsultis notaretur. Dicetur cõsul fuisse popularis, & benignus in plebẽ, qui etiã agros putauerit diuidẽdos.

Idem & cum collega dissensisse, & hostiliter usus in eundẽ, & contra morem maiorum in perferendis seditionibus perseuerasse. Gessisse illũ bella magnifica, perti

nebit ad laudem Gallias subegisse, aut in eodem, ipso obijcietur, quod easdem prouincias non ciuili modo, nec more maiorum decerni sibi per quinquennium elaborauerit, & quod tempore potius quàm uirtute superauerit. Bellũ ciuile quod gesserit, inimicis illius obijcietur. Clementia uero eius in eodem adeo morabitur, ut appareat illum minime arma uoluisse, cõtra nullam uiquam causam tam magnã, quæ illum impellere ad bellum ciuile debuerit, ut maxime in eo lenior fuerit, non posse uideri bellum, clemens esse quod tale sit.

Mors quoque atrox & impia, & tanquam ipsis rebus humanis luctuosa, & tamẽ ex hoc honesta dicetur, quod sit occisus in curia ex manibus senatorum, & diuerso hoste humani generis, & tyrannũ ciuitatis dignũ sceleribus suis tulisse supplicium, multis uulneribus trucidatum, & in ipsa Pompeia curia tanquam Pompeij manibus iugulatum.

Post eum uero declarabitur quàm commota illius morte Resp. quàm planè status ciuitatis euersus, quàm denique ipsis percussoribus suis malo fuerit illud parricidium peregisse.

Item contra usque eò illius exitum fuisse optabilem ciuitati, ut penè placuerit eiusdẽ acta rescindi, & hostem iudicari, qui eadem tuebatur. Ad hoc felicitas quæ in illo potest facile laudari, extenuabitur, eo quod liberos non habuerit.

Demonstrationes

DEmonſtrationes uero urbium, locorumque, iam non demõſtrationes, ſed topographiæ à pluribus æſtimantur, itemq; laudationes philoſophiæ & matrimonij & amicitiæ, &c. hic eſſe traduntur. An ſtudendũ ſapientiæ, an ducenda uxor, an appetendæ amicitiæ.

IAm uero laudes deorum, hymni, & pæanes quidam nuncupantur.

ET certe demonſtrationes quando ſacrilegij genus ſit, in reprehendendis exercere facundiam, facile eſt elementa laudare, ſed abſurdum eſt reprehendere. Nã ſi cœlum, aut terram, aut ignem uituperare conamur, ea ipſa per quæ uiuimus non probamus.

In fontes uero germina & flumina, & arbores & armenta dicere, iocunda quidem, ſed parum ampla materia eſt, & à foro, cui præparamur aliena. In quo cum ſemper nobis aut reprehendenda, aut laudanda perſona ſit, id agere debemus, ut eius dictionis uſum exercitatione capiamus. Mea tamen opinio, quod materiæ genus non niſi uſurpandum eſt, ita nec omnino uitandũ. Recipit enim in ſcholis imitatio ueritatis, ſtilum generis licentioris.

HIc igitur aliquãdo in horum tale aliquid dicemus, autorem pro genere ponemus, nullus tamen aut certe paruus adfectus in demõſtratiua deprehenditur. Nam ſi in eum quem prædicauimus, aliquid pro ipſius miſeratione dicemus, id agemus, quod minime neceſſa-

tium est.

AT uero cum aliquem reprehendemus, miserum il lum firmabimus fuisse, multóque facilius commo tione aliqua mẽtis utemur. Nam parentũ miserebitur, qui tam turpẽ genuerint, & illos apud quos aliquis tam malus uixerit, adijciunt quidam in personæ partibus sexum aut ætatem, quæ non multum per se in omnibus ualent, nisi factum aliquod accidat, quod illi sit adiun ctum.

Itaq; sicut in Hercule, in Catone potest pueritia lau dari, in qua uirtutum suarum documenta ualuerũt, sic in Hectore, in Priamo senectus, quos à bello nec anni ultimi remouere.

Sicut in Pentesilea, in Didone, in Camilla, in Clo dia, in Lucretia ualet locus, sexus, quod illius infirmita tem factis fortiorib9 supergressæ sunt, ita in cæteris per sonis quæ sunt dissimiles non ualebunt.

EMPORII RHETORIS DEMONSTRA TIVAE MATERIAE PRAE CEPTI F I N I S.

De deliberatiua



EMPORII RHETORIS DE DELIBERATIVA SPECIE.



ELIBERATIO eſt, ſicut M. Tullio placet, genus cauſæ tertium, ſubſtantiæ oratoris appoſitum. Siquidē uniuerſam rhetoricam in tria cauſarum genera partitus eſt, laudatiuum, deliberatiuum, iudiciale, quæ Græci ἐγκωμιαστικὸν, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν nominant.

Deliberationes aut ſimplices ſunt, aut ex incurrenti, aut comparatiuæ.

Simplices, ut ſi deliberēt Scythæ urbes condere, cum peſtilentia laborent, utrum urbes inſtituant, an ſedes nouas quærant. Quod genus deliberationum ſanè nō ſolum duplici, ſed & triplici, & multiformi ratione ſubſiſtit, ut cum deliberat Pompeius acie Pharſalica uictus, Africam an Parthiam an Aegyptum petant.

Locos autem per quos deliberatiua tractetur, fruſtra quidē maiores quàm ratio deſiderat, numero augere uoluerūt. Siquidē in ſuadēdo uel in diſſuadēdo duodecim ueluti elemēta, id ē, ut Græci appellāt, στοιχεῖα, conſideranda

consideranda esse dixerunt. Legitimum, iustum, æquũ, conueniens. honestum, utile, religiosum. pium, ciuile, facile, possibile, necessarium. Quæ uniuersa nominum multitudo, uerum spectantibus duobus tantummodo locis, honesto & utili, ut plurimum ab his quibus omnia continentur subiecta, species tanquam genera distinguamus quatuor locis, id est, honesto, utili, & æquo; & facili continentur. Honestati enim subiacet religiosus & pius, & utilitati conueniens, & ciuile: æquitati legitimum & iustum, facultati possibile & necessarium. quanquam Stoici ne duo quidem illa, id est, honestum & utile existimant separanda, qui nihil esse utile nisi quod honestum, nihil inutile, nisi quod turpe definiunt.

Sed quoniam nobis omisso illo rigore philosophiæ in consilijs dandis ciuiliter est disputandum, proposita deliberatione, quod potissimum in ea tractandum sit inspicere ac definire debemus.

DEliberandi enim quinq; rationes sunt, sicut in primo de officijs libro ad filium scribit orator.

Vna est, cum quæritur, utile an inutile sit.

Altera, cum ambigitur, honestum an turpe sit.

Tertia, cum inter duo utilia.

Quarta, cum inter duo honesta dubitatio est.

Quinta, cum ex una parte consilij honestas, ex diuersa pugnet utilitas.

Ex quibus illæ primæ quatuor partes, difficile in illa ratione

ratione separata, sui ratione tractantur, quippe etiam cũplurimũ posse uidetur utilitas. Vt si deliberet Scipio exercitum in Africam classe deuehere, tamen ex parte aliqua obseruatur honestas, cũ relinquere uastandam hostibus Italiam, & Hannibalis declinare præsentiam, inreligiosum esse, ac turpe dicatur. Et cum ferè causam deliberandæ honestatis respectus induxit. Vt si delibe ret Cato, uictis partibus mori, nõ potest à consilio eius utilitatis prorsus tractatio excludi. Et cum seruare patriæ talem uirum, & non destruere domum ac liberos, utile disputetur.

Sed tamen id quod plurimũ in præsenti deliberatio ne ualet, sedulo adnotandum, ut aut addubitationem eius aut appetitionem deliberãtis animum trahamus, & necesse est, ut quæ causa præcipue dubitantẽ mouet, eius aut cohortatione, aut dehortatione ducatur.

Si igitur quod sit utile suadeamus, id quidem præcipue firmabimus. Sed nihilominus probato utili, etiam honestum id esse, cum subiacentibus honesto partibus adseuerabimus. & contra, si pro honestate dicemus, prius honestatis ipsius assertione tractata, etiam utile, id quod suademus, demonstrare tentabimus. Nam facul tas semper utilitatem sequitur, æquitas honestatem.

Siquidem quasi ad fundamenta iacentia, quibus innitatur oratio antequàm arripiamus stilum, uel medita tionem ingrediamur, prospicere ac definire debemus

principijs, deinde uel breuib9, ſicut ipſi Tullio placet, uel illis plerumq; fictis. Sunt enim ut aut qui deliberant ſua cauſa parati, narratiõe etiã ut omnino prætermiſſa, quoniã narratio aut præteritarũ rerũ eſt, aut præſentiũ ſuaſio, aut futurarũ, aut ammonendi. Cauſa maxime ſi quid populo ſuadeatur, breuiter ſtrictímque decurſa, ſicut de imperio Cn. Pompeij eiuſdem demonſtrat oratio, gradus per quos eundum ſit ſcire conueniet.

SVnt aũt hi gradus quinq;, generalis, proprius, perſonalis, cauſalis, cõiecturalis. Generalis eſt, in quo ueluti ſummatim deliberatis partibus, quas cauſa cõplectit᷑, ſine manifeſta ipſarũ cõmemoratione diſſerimus. Proprius eſt, qui tractat᷑ ex facto. Perſonalis, q ex ipſi9 deliberãtis, uel de q̃ deliberat᷑, fortuna uel morib9 dicit᷑. Cauſalis, in quo id ipſum ad qđ ſentẽtia noſtra dirigit᷑, quale ſit explicatur. Cõiecturalis, quo euẽtus hanc aut illam ſententiam ſecuturus oſtenditur.

SEd ut propoſito deliberationis exemplo magis eluceat, quẽammodum generalis quæſtio deprehendatur, poſita ſit deliberatio Lucretiæ, an propter inlatũ ſibi ſtuprũ ſemet occidat. Sepono quod eſt in cauſa ꝓpriũ, id eſt factum, uim ſcilicet inlatã pudicitiæ. Item ſegrego perſonã, hoc eſt Lucretiã, & regis filiũ. Sepone cauſam, id eſt ipſam rem quã deliberet adgredi, id eſt uolũtariã mortẽ, & ex his ſingulis decerpe generalẽ. Eſt autẽ generale, ſtupri cõtumelia & iniuria. Multæ ſunt eñ ſpecies infamiæ & iniuriæ ſubiacentes, ut inlata manus, abrepti

liberi, inrogata debilitas, atq; his similia. Lucretiæ aũt & Sex. Tarquinij generale est, fœmina nobilis, & adolescens potẽs: quippe multæ nobiles sunt, multi potentes. Sed & mortis uoluntariæ generale est, atrox & difficile cõsiliũ, & sine ulla exceptiõe præceps impet⁹ indignationis. Sub hoc eṁ animi motũ & Medea de paricidio cogitat, & Aiax de cæde Agamẽnonis atq; Vlyssis. Et porrò multis accepta ignominia diuersa insũt, sed & generaliter tñ extrema cõsilia. Hæc igit̃ ex facto & ꝑsona deliberata generalia cõiunge in unã sententiã quæstionis, & fiet huiusmodi generalis quæstio. An ob inlatã sibi cõtumeliã atq; iniuriã fœmina nobilis & pudica, cũ se in autorẽ doloris sui ob ipsius potẽtiã aliter nõ posset ulcisci, nihil nõ debeat ꝓ satisfactione sui doloris suadere: uel ẽ diuerso, uel ulla tãta sit iniuria uel cõtumelia, ut sapiẽti fœminæ sine respectu sui deliberandũ sit. Obseruare tamen in generali quæstione debebimus, ut eã ꝗ̃ breuissime cõprehẽdamus, quoniã ista cõmunia quæ in multas deliberatiuas cadũt min⁹ ualida sũt ꝗ̃ ꝓpria causarũ, in q̃bus multa magis nos cõueniet immorari atq; descendere. Post generalẽ gradũ hoc modo oportebit ut reddamus ꝓpriũ quod seposueramus, id est, ut fiat eiusmodi quæstio, An cũ tam grauis iniuria & cõtumelia inrogata sit, ut pudicitia qua nihil est propè carius, alienæ sit impotentiæ uiolata ludibrijs, & ob hoc ipsum uiolata, quod eius gloriæ inuideretur, nõ sit ferendus dolor.

uel contra, an tolerabilis sit iniuria pudicitiæ, cum suffi-
ciat castitati bona cõscientia. nec libidini possit asscribi,
quod acciderit inuitæ. Deinde similiter redde personã,
quam in generali parte tractaueras, ut dicatur hoc mo-
do, An Rhomana mulier & Lucretia Tricipitini filia,
cuius uirilis animus etiã in muliebri figura erat, quæq;
omnes fœminas & castitate, & omni morum sanctitate,
superauerit, uim sibi à filio regis inlatam ferre non de-
beat. uel diuerso, An idipsum congruat constantiæ eius
atq; animi magnitudini æquiore animo pati iniuriam
sceleris alieni, præsertim cum nihil uoluntate, sed omni
accepisse necessitate declarat illius impotentia, qui teme
rauerit castitatem. Post quæ redde causam id est cõsilij
speciem suis uiribus, & proprietatẽ manifestam, ut ex-
positis per superiores gradus, quæ incitauerint animũ,
uel mitigauerint, tum demum aggrediaris ipsum illud,
de quo liberatur, an tantæ contumeliæ tali fœminæ ab
huiusmodi autore factæ, nullum sit aliud perfugiũ uel
solatium, quàm mors uoluntaria. Quo loco est rursus
generaliter dicendum, mortem aut omnino bonũ esse,
aut certe malum non esse, & uitam non nisi sola hone-
state esse ducendam, & specialiter multas hoc fortes &
nobiles fœminas dedisse gloriæ suæ, ut iniuriam aut in-
famiam moriendo uitarent: & uerendum non esse, ne
tanti mulier animi tentata morte deficiat. Adijcienda
etiam descriptio mortis ipsius, in qua uulnus non quasi
fœminea

fœminea manu factum, cruentumque telum populus
ipse Rhomanus cum admiratione uisurus sit. aut ex al
tera parte, etiam si intolerabilis sit illa iniuria, etiã si Lu-
cretia præter cætera non ferenda posse, tamẽ eam aliter
uindicari. mortem uero ultimum malum & naturæ ap
petitione humanæ mentis alienum, & ab ipsis quodã-
modo dijs immortalibus adeo adcersi uetitum, & certe
hoc minus à fœmina, quamuis fortissima, exigendum,
quo magis sexus iste remotus à ferro est, eo minus esse
sumendum, præsertim cum uerendum sit, ne cœpto uul
nere perseueret, ne infirmiorem ad perniciem suam red
dat animum uana conscientia, & facilius sit ut pertina-
cius in necessitate meriti impudica moriatur. Nam con
iecturalis gradus utrumq; ex his quæ secutura uidẽtur,
hac ratione complectitur, an si se interfecerit mulier tan
tæ familiæ, tantæ pudicitiæ, uindictam ex indignatione
publica consecutura sit, nec populus Rhomanus super-
bos reges sit passurus ulterius, atq; hoc immortalis Lu-
cretiæ futura sit gloria, quæ non solum pudicitiam forti-
ter uindicasse, sed etiam patriæ libertatis causam tribu-
isse uideatur. aut ex repugnante sententia, an si se inter-
fecerit, occasionẽ malis interpretationibus relictura sit,
ut pœnitentia stupri sponte tolerati, ad mortem confu-
gisse uideatur, cum facilius in defunctam possint falsa
confingi. & an multo magis incitatura sit, cum & patris
animum & mariti, ad fortius aliquid in uindictam do-

 loris

loris audendum, cum præsentia sua & perseuerantibus lachrymis ac luctibus, plus ad inflãmandã indignationẽ affectus, & assiduitatis habitura sit. Hæc igit̃ in simplicibus. Ex incurrenti deliberatiuis, diuidendi ratio sufficiet. Comparationis autem uicissim per singulos gradus utrarumque partium intentiones ac depulsiones alternare debebimus. In omni autem deliberatiua id potissimum custodire debebimus, ut his quibus consilium demus, etiam si detestabilia cogitent, sine conuicio ac sine ratione dicamus. Siquidem nemo consiliarium de populo aduocat, nec sibi uere ac benigne suadere putat, nisi in ipsa oratione consulentis ueluti consulentem sibi beneuolentiam recognoscat.

EMPORII RHETORIS
DE DEMONSTRATI
VA SPECIE FI
NIS.

Ad lectorem



AD LECTOREM.

Non admireris lector, si quædã ab impresso exemplari Græco diuersa offendas, quoniam qui transtulit, alia interdum lectione ductus, illa non probauit.

APHTHONII DECLAMATORIS PRAEEXERCITAMENTA, IOANNE MARIA CATANAEO INTERPRETE.

DEFINITIO FABVLAE.



ABVLA à poëtis originẽ duxit, qua etiam oratores utuntur, ubi admonere intendunt. Est autem fabula sermo falsus ueritatem effingens uario modo appellata. nam modo Sybaritica, modo Cypria dicta est, mutatis pro inuentorum uarietate nominibus. obtinuit tamen, ut potius Aesopia diceret, eo quod Aesopus omniũ optime fabulas conscripserit. Fabularũ quædã sunt rationales, quædã morales, quædã mixtæ. rationales, quibus fingimus hominẽ aliquid facere: morales, quæ irrationaliũ morẽ imitantur: mixtæ, ex utrisq;, rationalibus & irrationalibus. Si admonitionẽ, cuius causa fabula inuenta est, præposueris, antefabulam nominabis: uerũ si postposueris, adfabulationem appellabis. Species.

Fabula

FABVLA FORMICARVM ET CICA darum iuniores ad labores adhortans.

AEstatis erat uigor, cum Cicadæ continuam cantilenam resumebant, at formicæ laboribus intentæ erant, ut fructus colligerent, quibus hyeme uescerentur: ea igitur superueniẽte, formicæ laboribus suis uescebantur. Sed inopia Cicadarũ, oblectationẽ subsequebat.
Adfabulatio. Sic iuuenis labores subterfugiens, senectutem miseram ducit.

DEFINITIO NARRATIONIS.

NArratio est expositio rei factæ, uel tanquã factæ. Differt autem narratio ab expositione, sicut à poësi poëma.
Species. Poësis enim est tota Ilias: poëma autẽ Achillis armorum descriptio. Narrationum aliæ sunt poëticæ, quædam historicæ: aliæ ciuiles poëticæ sunt, quæ finguntur: historicæ, quæ ueterum gesta narrãt: ciuiles, quibus in controuersijs oratores utuntur. Narrationi sex
Persona. accidunt, persona agens, res gesta, quo tempore gesta
Res. sit, locus in quo transacta, modus quomodo, causa propter quam. Virtutes narrationis sunt quatuor, claritas, breuitas, persuasio, & uerborum Latinorum electio.

NARRATIO SVPER ROSA.

QVi rosæ decorem admiratur, hic Veneris uulnus consideret. Adonin dea deperibat, Mars ipsam, hocq; erat Adonidi dea, quod Veneri Mars: deus amabat deam, & dea sequebatur hominem. par erat ardor,

& si

& si genus indifferens. Mars riualis Adonin de medio tollere decreuit, ratus Adonidis morte, pariter amorem Veneris interiturum, quare Adonin uulnerat. quod cũ Venus resciisset, maturauit ut opem ferret, festinabundaq; rosæ occurrens, in spinas incidit, & in planta pedis transfixa fuit. itaque sanguis è uulnere defluens, rosæ colorem in suum transmutauit. nam rosam prius candidam, in rubrum colorem, qui nunc cernitur, conuertit.

Causa. Modus. Locus. Tempus.

DEFINITIO CHRIAE.

CHria est commemoratio breuis, aliquam personã apte referẽs: ideo Chria appellata, quod utilis sit. Chriarum aliquæ uerbales, quædã actiuæ, aliæ mixtæ. Verbales sunt, quæ utilitatẽ oratione significant: ut Plato uirtutis ramos, è sudoribus ac laboribus produci dicebat. Actiuæ sunt, quæ actionem declarant: ut Pythagoras interrogatus, quanta nam esset hominum uita, cum perbreue temporis spacium se cõspiciendum dedisset, latebras petijt, mensuram uitæ ex momentaneo conspectu designãs. Mixtæ uero sunt, quæ ex utrisq; oratione & actione consistunt. ut Diogenes intuitus adolescentulum lasciuum, pædagogum percussit, superaddẽs, cur talia instruis? Hæc igitur Chriæ diuisio. quã capitibus his conficies laudatiuo, ab expositione, causa, contrario, comparatione, exemplo, testimonio antiquorum, epilogo breui.

Species.

CHRIA VERBALIS.

EXPOSITIO CHRIAE.

A laudatiuo. ISocrates doctrinæ radicem amaram esse dicebat, fructus uero dulces. Merito Isocrates ob dicendi artem laudandus est, qua sibi nomen clarissimum comparauit, quantaq́ꝫ esset, ipsam exercédo demõstrauit, eamq́ꝫ illustrem fecit, non ipse ab illa illustratus est. Longum ergo esset differere, quæcunq́ꝫ reges cum admonendo, tum persuadendo sigillatim mortalium uitam beneficio affecerit. Cæterũ qualia de eruditione uerissime pro*Ab expositiõe* tulit? Qui studia amat à laboribus inchoat, laboribus tamen in utilitatem desinentibus. Hæc sunt quæ philosophice scripta ex sequentibus admiranda esse compro*A causa.* babimus. Qui enim bonis artibus capiuntur, hi sanè cũ professoribus doctrinarum conuersantur: ad quos accedere formidolosum, & eos deserere indoctissimũ est. metus semper pueros tenet, siue præceptorẽ intueantur, siue ad illum uenturi sint. succedunt præceptoribus pædagogi, uisu terribiles: sed dum uerberibus sæuiunt, formidolosiores. qui etiam priusquàm uerberent, timẽtur: timori punitio succedit, dum puerorũ peccata castigãt, & domestica uirtutis opera iudicant. pædagogis patres asperiores sunt, filiorum uias indagando, ad se propius accedere imperando: in primis eorum in foro conuersatione suspicando: quod si opus fuerit in filios animaduertere, ita excandescunt, ut se parẽtes esse obliuiscãtur. Verum huiusmodi rebus puer cõsuescens, postq́ꝫ in-ui*A contrario.* rum euaserit, merita uirtute coronatur. Quod si aliquis

hæc ueritus, præceptores fugiat, parentes deuitet, pædagogos auertat, omnino dicendi sciẽtia priuabitur, & metus causa eloquentia carebit. Hæc igitur omnia Isocratẽ sentire persuaserunt eruditionis radicem amaram esse. Nã queadmodũ agricolæ summo cũ labore terræ semina mãdant, fructus uero maiore cũ uoluptate colligũt: ita eruditionem uendicantes, uigilijs sibi apud posteros gloriam cõpararunt. Demosthenis uitam inspice super omniũ oratorũ laboriosam, idcirco cæteris gloriosiorẽ. adeo enim studio intẽtus fuit, ut comã capitis ornamentũ sæpius deposuerit, ratus id bellissimũ decus, quod a uirtute ꝓuenisset: igit̃ quæ alij uoluptatibus dispẽsant, ea ille laboriosis lucubrationibus impẽdit. Itaq; nõ mediocrẽ laudẽ Hesiodus meretur, ubi asserit uirtutis uiã asperã esse, cacumẽ uero planũ: nam idem quod Isocrates ꝓtulit. Hesiodus em̃ uiã, Isocrates autẽ radicẽ appellauit, diuersis uerbis eandẽ uterq; sententiã demõstrantes. Quæ si recte cõsiderabimus. Isocratẽ merito laudabimus, ut q sapiẽter de eruditiõe bellissima cõscripserit.

A cõparatiõe *Ab exemplo.* *A testimonio antiquorum.* *A b epilogo.*

DEFINITIO SENTENTIAE.

SEntẽtia est sermo cõpendiosus in enuciationib9, quæ nos ad aliqd exhortat̃ uel dehortat̃. Sententiarũ aliæ sunt exhortatiuæ, aliæ dehortatiuæ, quædã enũciatiuæ, nõnullæ simplices, quædã cõiunctæ, aliquæ persuasiuæ, aliæ ueræ, aliæ excessiuæ. Sẽtẽtia adhortatiua ẽ, ut illud: Dedecus est totã consultũ stertere noctẽ. Enũciatiua, ut

Species.

illud. Opus est profecto pecunijs, sine quibus nihil opportuni fieri licet. Simplex, ut illud: Vna auis addicat, patriam seruare licebit. Coniuncta, ut illud: Nōn mihi sint plures domini, rex unicus esto. Persuasiua, ut illud: Talis est unusquisq;, quorum cōsuetudine oblectatur. Vera, ut illud: Nulli licet inuenire uitā sine tristicia. Excessiua, ut illud: Debilius nil terra facit mortalibus ipsis. Hæc igitur sententiæ diuisio, quam ex capitibus Chriæ cōficies, laudatiuo, ab expositione, à causa, à contrario, comparatione, exemplo, testimonio antiquorū, epilogo breui. Differt autem Chria à sententia, quod Chria aliquando actiua est, sententia in oratione semper consistit: at Chria personam requirit, sententia uero sine persona pronunciatur.

SENTENTIA EXHORTATIVA.

Theognis poeta dixit: Pauperiem qui Cyrne fugit, se præstat ab altis In mare uerticibus mittere cetiferum. *A laudatiuo.* Prouidit Theognis, ne iure poësim accusaremus fabularum loco præcepta sapientiæ complexus. nam cū poëtas fabulas plurimi facere uideret, eas omittendo, bene uiuendi præcepta metro composuit, simulq; metrorum gratia seruata, præceptorum utilitatem introduxit. Pluribus ergo Theognin commēdare, præsertim in ijs, quæ uerissime de paupertate conscripsit, possemus. *Ab expositiōe* Quidnam igitur dixit? Qui uitam in miseria ducit, mori potius amet. multo enī melius à uita discedere, quàm

solem

solem sui decoris testem habere. Hæc sunt quæ ex philosophorum dogmate protulit: licet autem considerare qua ratione motus elegãter ipsa tractauerit. Nam qui in paupertate uiuit. à teneris annis ad uirtutes non instituitur: in robusta uero ætate pessima quæq; consectatur. Si enim legationem gerit, patriam pecuniarum gratia prodet, ad argentũ in concionibus perorabit: & sortitus iudex, pro suffragijs dona suscipiet. At qui paupertate non premuntur, nequaquam similes existunt. nãq; à pueris optima exercent: uiri effecti, omnia splendide faciũt, ad festa em̃ celebranda, & ad bellum gerendum large pecunias conferunt. Ac sicut uinculo graui detenti impedimentum benefaciendi uinculum habent, ita libere loquendi egenis inopia obstaculo fit. Contemplator Irum, qui quanquam Ithacensium unus fuerit, eandem tamẽ ciuibus alijs dicendi libertatem nõ obtinuit. quin imò tantũ ipsi inopiæ fuit, ut appellationẽ paupertate mutauerit. Arnæus em̃ primo uocatus est, postea Irus appellat⁹, id ab administratiõe cognomẽtũ assequut⁹. Verum quid Irum opus est recensere? cum Ithacæ dominus Vlysses, quando in patriam suam appulsus paupertatem simulauit, paupertatis malorum particeps fuerit, domi suæ à temulentis ministris percussus, & iniuria affectus. adeo pauptas meo iudicio dura res est. Quare nõ immerito Euripides laudãdus est, qui nihil possidere, rem malam esse refert: neque posse nobilitatem pau-

A causa.

A contrario.

A cõparatiõe

Ab exemplo.

A testimonio antiquorum.

Ab epilogo. pertatem immutare. Itaq; Theognin quibus nam satis dignis laudibus prosequemur, qui talia de paupertate ex penitissimo sacrario philosophiæ protulerit?

DEFINITIO CONFUTATIONIS.

Confutatio est alicuius rei propositæ destructio. Confutanda autẽ non quæ nimis manifesta, nec quæ omnino impossibilia sunt, sed quæcunq; medium quendã ordinẽ seruant. Necesse est qui confutare quærunt, primo dicẽtibus calumniã intendere, deinde expositionẽ rei subiungere, hisq; capitibus uti: primo quidẽ obscuro, & incredibili, ad hæc impossibili, & inconsequenti, ac indecenti: postremo inferre inutile. Hæc præexercitatio omnem artis uim in se continet.

CONFUTATIO QUOD NON VERISIMI-
lia quæ de Daphne dicuntur.

Procemiũ ex dicentium calumnia. Absurdũ esset poëtis cõtradicere, nisi nos ipsi aduersus se cõcitassent: primũ in deos absona cõfingendo. Stultũ igitur esset illos nullam deorũ rationẽ habere, *Procemij alia propositio.* nos uero poëtarũ scriptis parcere. Omnes quidẽ deos cõuicio affectos esse moleste ferebam, in primis tamen Apollinẽ, quẽ sibi poëticæ ducẽ elegerunt. qualia eñ de *Ab expositiõe* Apollinis Daphne fabulati sunt? Daphne (ita dicunt) è Terra & Ladone nata est. cũq; multũ forma præstaret, ad sui amorẽ Pythiũ induxit. itaq; illã deus ꝑsequebat̃, & ꝑsequẽdo nõ cõsequebat̃. uerũ Terra filiã suã suscipiens in eiusdẽ puellæ nois arborẽ trãsmutauit: qua coronatus

natus Apollo fuit.ex ea eñ arbore corona Tripodi Pythio ꝓposita est,quoniã deus puellã mortalẽ dilexisset, laurusq́ꝫ uaticinij indiciũ effecta ? Hæc sũt quæ fabulantur,uerũ tamẽ ea nos ex sequẽtibus cõfutare possemus. *Ab obscuro.* Daphne nata est ex Ladone & Terra? Et quomõ credibile est ita genitã esse? hæc eñ fœmina fuit. Sed parẽtes diuersam ab ipsa naturã adepti sunt. Quomõ Ladon Terræ copulat̃, aquis inundãs? ergo oia flumina terræ mariti nominabũtur.omnia nãqꝫ ipsam imergunt. Sin aũt à fluuio nata est fœmina, possibile igitur est fluuiũ ab hominibus nasci:nã per successiones parẽtes indicantur. Cur dicunt factas nuptias inter fluuiũ & terram;cũ Hymenæus rerũ sensibilium sit? terra autẽ sensibilis nõ sit? aut igitur Daphne inter flumina recensenda est,aut Ladon inter homines cõnumerandus. Sed poëtis è terra & Ladone Daphnen nasci cõcedamus. Puella nata, apud quos educata est? nam & si generationẽ concessero,impossibile tamẽ est educationẽ ꝓcedere. Vbi enim puella uictũ habebat,ꝑ Iouẽ apud patrẽ? & quis hoim in fluuio uiuit? illã ne pater fluctibꝰ submergẽdo,uel fluminibus educãdo abscõdit? at sub terra apud matrẽ puella degebat.ergo latuit,ac latẽdo spectatorẽ habere nequiuit.cuiꝰ aũt forma latuit,amoris principiũ habuisse non admittitur. Si uis, hoc etiam poëtis concedamus. Quomodo deus amabat, & amore diuinam naturam mentiebatur? Amor enim mortalium rerum pessima est. ac impium est asserere deos grauissima commit-

Ab icredibili

Ab ĩpossibili.

Ab indecenti.

tere:ſiquidē in omnibus rebus ac nos dij moleſtijs affi-ciuntur, quid à mortalibus differūt? quod ſi grauiſſimo amoris morbo ſubiecti ſunt, nónne uulgaribus ſimiles exiſtunt? cum aſperrima quæq; ſuſtineant? Sed neque amore deorum natura afficitur, neq; Pythius amator Daphnes extitit. Quomodo Phœbus puellam perſequendo curſu ſuperatus à mortali fuit? uiri mulieribus præſtantiores ſunt, & fœminæ maius dijs robur habuerunt? Quod uiris minus eſt, qua ratiõe deos excellit? cur mater fugientē filiam ſuſcepit? án ne inter uilia nuptiæ connumerandæ ſunt? quæ ſi ſunt, cur ipſa mater facta eſt? quod ſi nuptiæ inter bona cenſentur, cur filiam bonis priuauit? Aut ergo mater nō fuit, aut ſi fuit, mala re putat. Cur operibus ſuis terra repugnabat? Apollinem contriſtat, ut filiā ſeruet: rurſus eundem demulcet, dum ipſam in lucē producit. illū demulcere nō oportuit, ſi cō triſtare uoluit. Cur deus apud Tripodas lauro coronatus eſt? laurus uoluptatis index fuit: at uirtutis ſignum diuinatio oſtenditur. Quomodo diuerſa natura cõiunxit Apollo? cur mortalis quidem amica, immortalis uero amator? Iam finem accuſandorum poëtarū faciam, ne aduerſus illos orationem habuiſſe uidear.

Ab inconſequenti.

Ab inutili.

Ab epilogo breui.

DEFINITIO CONFIRMATIONIS.

CONfirmatio eſt alicuius rei propoſitæ approbatio. Confirmanda autem ſunt, non quæ admodū manifeſta, nec quæ omnino impoſſibilia ſunt, ſed quæ-

cunq;

cunq; ordinem medium seruant. Qui confirmare intendunt, omnibus capitibus confutationi contrarijs utentur. primo quidem, ut dicētis laudem dicant: deinde per partes expositionē ponant, & contrarijs capitibus utantur: pro obscuro dilucido, pro incredibili credibili, & possibili pro impossibili, cōsequenti, pro inconsequenti, decēti pro indecēti, utili pro inutili. Hæc exercitatio omnē artis uim comprehendit.

CONFIRMATIO QVOD VERISIMILIA sunt quæ de Daphne dicuntur.

QVi poëtis contradicit, Musis ipsis contradicere uidetur: quomodo enim Musis nō contradicit, qui poëtarum scripta damnare quærit, si quæcunq; poëtæ loquūtur, hæc Musarū consilio disserunt? Itaq; omniū poëtarum sententiā comprobo: illius autem maxime, qui Daphnen ab Apolline dilectam sapiēter protulit. Quænam autem sunt, quæ scribēti huiusmodi quidam fidem non adhibent? Daphnen è terra & Ladone natam dicunt. Cur hoc apud deos incredibile? num aqua & terra omnia gignunt? num elementa uitæ semen producunt? quod si omne quod nascitur à terra & aqua procedit, Daphne à terra & Ladone proueniens, cōmunem omnium generationem confirmat. Genita autem unde omnes nascuntur, cæteras forma superabat. Et uerisimile admodum. quæ enim primo è terra emittuntur, cum naturæ pulchritudine producuntur: multæ autem corporum

Procemiū. A dicentium laude.

Alia procemij propositio.

Expositio rei.

A manifesto.

porum mutationes constitutæ sunt, apud quas pulchritudo cernitur: quod uero primum apparuit, id est omnium formosissimum. Itaq; uerisimile est Daphnen è terra genitam, cæteris formosiorem extitisse, ob cuius mirandam pulchritudinem Pythius amore captus est, nec
A credibili. immerito. quicquid enim pulchri cernitur in orbe, id à dijs processit. Quod si inter humanas res felicior reliquis bonis est pulchritudo, cum sit deorum munus, illa iure deum amatorem habuit. nam quæ dij largiuntur, ea omnes diligunt. Deus autem amore captus, affe-
A possibili. ctui mederi maluit. Sic enim se habent huiusmodi uirtutes labore comparatæ, cum neque sine uigilijs uirtutem acquirere liceat. Quamobrem laborabat amator, & amando amicam non comprehendit. quoniam nulli licet perfectam uirtutis cognitionem consequi. unde ferunt poetæ Apollinem amare, non terram, nō deorum naturam redarguēdo: sed dum huius persecutionis causam uirtutis naturam esse ostendunt, id quod exprimit Apollo persequēs, & persecuta Daphne. ut deus sit qui uirtutem quærit, ipsa uero uirtus Daphne. Fugientem
A consequēti. filiam mater suscepit. Nam mortalia omnia talem naturam acceperunt, ut ad ea à quibus genita sunt, festinent. Igitur Daphne è Terra genita, ad terram concedit. Et
A decenti. Terra puellam suscipiens, plantam emisit. Vtrūq; opus terræ propriū, ut in hāc homines cadant, & arbores ab ea nascātur. Et nata arbor, Apollini honoris causa fuit.
Dij enim

Dij enim extra suam prouidentiã ne arbores quidem relinquũt.quinimò germinantibus frondibus coronantur.nam terræ primitiæ dijs dicantur.Et diuinationis arbor facta est indicium.Hoc autẽ conueniens puto.Daphnen enim poëtarum multi sophronam id est temperatam appellant,ac oracula dare à temperantia prouenit.Itaq; quoniam puella uoluptatis expers fuit,uirtuti dicatur.nam qui intemperantia laborat,futura nõ prospiciet.Quas ob res poëtas ueneror,& mirãdum in modum carmina colo. *Ab utili.* *Iterũ à decẽti* *Ab epilogo breui.*

DEFINITIO COMMVNIS LOCI.

COmmunis locus est sermo amplificatiuus bonorum aut malorũ,quæ alicui insunt.sic appellatus, quod omnibus qui eius rei participes sunt, cõmuniter cõueniat.Nam contra proditorem oratio omnibus huiusmodi actionis participibus cõmuniter cõpetit,Deuterologiæ,id est argumentationi iã peractæ,& epilogo similis est.Quare cõmunis locus procemiũ non habet. Iuniorũ tamen exercitationis causa quãdam procemij formã fingere poterim9,cui subdes capita,primũ ex cõtrario,deinde inferes expositionẽ non tanq̃ doceas.res eñ cognita est,sed ueluti auditorẽ incites.post quã comparationẽ ex cõparatiõe introduces argumẽtis colligendo illud,qđ accusas maius esse re accusata, exẽpli causa tyrannũ lõge atrociorẽ homicida.postmodũ collocabis sentẽtiã caput sic uocatũ agẽtis mẽtẽ calũniãdo,deinceps

digressionem à coniectura præteritam rei uitam notan do, deinde misericordiæ exclusionem in fine præexercitationis finalia capita, legitimum, iustum, utile, possibile, honestum, ab euentu.

CONTRA TYRANNIDIS AFFECTATOREM.

Proœmiũ ab expositione. QVandoquidem stant leges, & in statu populari iudicia apud nos exercentur, legibus pœnam sustineat, qui leges de medio tollere quærit. nam si à præsenti liberatus supplicio, uitam popularem ducturus esset, illi forsitan aliquis pœnã remittere posset: postq̃ uero uiolentior futurus est, si præsens supplicium effugerit, quomodo iustum est, si in præsentia hunc absolueritis, sic uos tyrannidem constituere? *A cõtrario argumentum.* Namq; omnes iudices ex reorum absolutione nullum detrimentũ patiuntur: uerum si tyrãnus absoluetur, iudicibus ipsis damna inferet. si enim tyrãnus dominabitur, iudicia penitus tollentur. *Narratio.* Videmini autem mihi posse in re præsenti diligẽtius examinare, si nostrorum maiorum iudiciũ considerabitis. Vt nobis progenitores benefacerent, Remp. à dominatu liberam excogitarunt. neque iniuria. quandoquidem hominibus aliæ interdum fortunæ accidunt, quæ priores hominum sententias mutant. Illi ergo fortunæ inæqualitatem emendantes, legum æqualitate leges sanxerunt, qua unam & eandem sententiã cunctis gignerent. Quapropter in ciuitatibus lex est correctio malorũ, quæ fortuna causat. Quæ cum iste nihil respiceret,

respiceret, quoddam pessimũ consilium iniuit, ut Reip. leges solueret. taliáque secum disseruit. Dij boni cum cæteris maior sim, nunquid patiar, ut omnino meis popularibus æquer? fortunamque mihi diuitias esse frustra largitam concedam, si eadem quæ uulgus patiar? congregatíq; pauperes iudicabunt? quodq; multis uidebitur, id mihi tanquam lex obseruandũ erit? Quæ igitur horum liberatio fiet? occupabo arcem, pessiméque perdendas leges de medio tollam. istáq; ratione multis lex ero, neque mihi populus lex erit. Hæc secum in cassum reuoluit. id enim deorum benignitas prohibuit, an ergo quibus gratiam dijs debemus, hæc eadem hodie tyrannum saluabunt? Atrox est homicida, sed tyrannus atrocior existit. ille enim in obuiũ aliquem cædem committit, at hic omnes ciuitatis fortunas inuertit. Quo igitur minus est malum unum quàm omnes necare, tanto minus homicida tyranno reprehendendus est. Atqui sequitur, omnes homines licet grauissima commiserint, saltem à facinore sententiam excusare possint, uerũ tyrannus solus audaciam suam inuitam prætendere nequibit. itaque si inuito tyrannidem gerere aggressus fuisset, fortasse aliquis sententiæ gratia ipsum absoluere posset. Verum quandoquidẽ id consulto patrauit, quomodo crimen animo ante facinus perpetratum culpa liberare iustũ est? Igitur reliqui omnes rei apud uos præsenti tantũ crimini obnoxij sunt, propterq; anteactam

A comparatione minoris.

Sententia.

Digressio à cõiectura.

uitam sæpius absoluuntur: solus uero tyrãnus tum præsenti, tum præterita uita cõdemnandus est. cum priorẽ uitã in rebus mediocribus nunq̃ duxerit, & ad præsens ijs quæ animo cõmisit truculentior factus sit. Quãobrẽ pro utrisq; & quibus nos antea, ac postmodum tristitia

Misericordiæ exclusio. affecit, pœnas luat. Quinã ergo ipsum deprecando liberabunt? Per Iouem filij? Sed quãdo plorabunt, tunc leges adesse putate, pro quibus quàm ꝑ huiuscemodi filijs longe iustius est iudicare. propter enim eius filios tyrannis confirmaretur. uerũ per leges uos iudicandi facultatem habuistis. Itaq; per quas uos iudicandi ius accepistis,

Legitimum. iustius est pro ipsis suffragia feratis. Atqui si lex est patriæ liberatores honorandos esse, restat ut tyrannos

Iustum. qui illam in seruitutẽ redigere uolunt, puniatis. Itaq; iustum est, ut eam à uobis pœnam subeat, quã in uos ipse struxit. Si enim tyrannus occumbet, id uobis utile fiet,

Vtile. quoniam firma præstructio confirmandi leges erit.

Facile. Facile uero pœnam de præsenti sumere poteritis, nõ enim

Possibile. uobis auxiliaribus socijs in opprimendo tyranno opus erit, quẽadmodum ipsi in tyrannide occupanda necesse erat. Verum iudicum suffragia sufficient, ut omnem tyrannidis potentiam destruatis.

DEFINITIO LAVDATIONIS.

LAudatio est oratio bona exprimens, quæ alicui insunt, Græce ἐγκώμιον appellata, eo quod ἐν κώμαις, id est in uijs antiquitus canebãt. nam antiqui κώμας angiportus

giportus dicebant. differt ab hymno & epæno, quod hymnus deorum sit, encomiũ uero mortalium: & quoniam epænus paucis uerbis fiat, encomium autẽ secundum rhetoricæ artem proferatur. Laudandæ sunt personæ, res, tempora, loca, animalia irrationalia, ad hæc plantæ. Personæ quidem, ut Thucydides & Demosthenes. res uero, ut iustitia, & tẽperantia. Tẽpora, ut uer, aut æstas. Loca, ut port⁹, aut horti. irrationalia animalia, ut equus, aut bos. plantæ, ut uitis, aut oliua. Laudandũ est cõmuniter, & sigillatim. communiter quidem, ut omnes Athenienses: sigillatim uero, ut Atheniensium unus. Hæc igitur laudationis diuisio est, quam his capitibus conficies. Procemiaberis secundũ propositam materiã: deinde genus referes, quod in nationem, in patriam, in maiores, in parentes diuides: postea educationẽ recensebis, quã in professionem artemq; ac leges diuides: deinde inferes res gestas laudum maximum caput, quas in animum ac corpus, fortunasq; patieris, in animum quidem, ut in fortitudinem ac prudentiã. in corpus autem, ut in pulchritudinem aut robur, aut uelocitatem. in fortunam uero, ut in principatũ, diuitiasq; & amicos, post quæ cõparationem ex alterius laudatione subdes, quod laudas maius esse apte colligendo. Postremo epilogum uoto quàm simillimum.

Hymnus.
Encomium.
Epænus.

LAVDATIO THVCYDIDIS.

O Peræprecium est qui nobis utilia excogitarũt, uenerari,

nerati,quibus humanæ uitæ pulcherrima compararũt, earumq; rerum inuentum ad illos referre decet. Igitur non iniuria Thucydidem pro literarum ſtudijs cõmendabo,ac prærogatiua quadam ipſum in primis ob res geſtas uenerandum iudicabo.Pulchrum eſt omnes benefactores colere,ſed eo magis Thucydidem præ cæteris,quo rem omnium pulcherrimã inuenit.nihil enim in terris literarum ſtudijs præſtantius,ſapientioremque circa illa Thucydide neminẽ inueniemus, qui natus eſt in urbe,quæ ipſi uitam & artem præſtitit.non enim alibi,ſed ubi literarum ſtudia nata eſſe creduntur, genitus

Genus. eſt,Athenaſque uitæ ſuæ parentem ſortitus, à progenitoribus regibus originem duxit,nataliumq; bona,quæ illi abunde inerant,ex maiorum genere proceſſere.Hæc igitur utraq; adeptus generis potentiam, & Remp.popularem in utriuſque emendationem ab utraque gloriam & utilitatem reportauit.propter enim Atheniensium Reip.æqualitatẽ ne pecunias iniuſte compararet effugit, & popularem communemq; inopiam generis

Educatio. ſplendore cælauit. Ex talibus oriundus in Rep. Atheniensium,& legibus,quæ cæteris omnibus præſtãtiores ſunt,educatur.Cum autem ſimul & in armis uiuere, & legibus decreuiſſet,idem etiam philoſophari, & exercitum ducere conſtituit,ne literarũ ſtudia armis priuaret, neque bellum à prudentia remoueret,unamque earum rerum,quæ eandem artem non habent,exercitationem

fecit,

fecit, literarum ſtudia, bellumque, quæ natura diſiuncta ſunt, in unum complexus. Poſtq̃ uero ad ætatem robuſtam peruenit, ſibi, ut ea, quibus ſe honeſte exercuerat, laudaret, occaſionem dari perquirebat. Mox igitur fortuna bellum ſuſcitauit, ac ea, quæ ab omnibus Græcis geſta fuere, ſibi tanquã propria ſcribendo uendicauit: neque quæ bellum conflauerat, interire ſuſtinuit. quæ enim ſinguli geſſerant, longo tempore obliterari non permiſit. unde Plateæ captiuitas cognita eſt, deuaſtatæ res Atticæ uulgatæ ſunt, Peloponeſuſque ab Athenienſium nauibus circũnauigata monumentis mandata eſt. Nauales pugnas uidit Naupactus. quæ omnia in obſcuro iacere hiſtoricus Thucydides non paſſus eſt. Leſbi captiuitas noſtris etiã temporibus celebrať, neq; pugnã aduerſus Ambraciotas cõmiſſam, longa temporis intercapedo abſtulit. Lacedæmoniorũ etiam ſententia iniuſta ſcitur, Spacteria, & Pylus: ingens Athenienſium facinus non intercidit, unde apud Athenienſes Corcyræi concionantur, quibus Corinthij cõtradicunt. Aeginenſes ut Athenienſes accuſent, Lacedæmona accedunt. quamobrem Archidamas infeſtam concionem habuit. Cæterum Stenelcidas ad pugnam Lacedæmonios concitare conatus eſt. Præterea quomodo Laconicam legationem ſpreuerit Pericles, neque Athenienſes peſte laborantes excandeſcere permiſerit. Hæc autem omnino apud Thucydidem hiſtoricum in perpetuum

Res geſtæ.

D cuſtodiũtur,

Comparatio. custodiũtur. Proinde quis ei Herodotum comparabit? at hic quidem uoluptatis gratia scribit: ille uero omnia ueritatis gratia narrat. Igit quod adulationis gratia scribitur, eo quod ueritatis causa dicitur, quãto inferius est, tanto Herodotus in rebus laudabilibus à Thucydide superatur.

Epilogus. Multa nobis alia pro Thucydide dicenda superarant, nisi si omnia persequi uellemus, nos laudum copia obrueret.

SAPIENTIAE LAVDATIO.

Prooemium. SVmma quidem felicitas est sapientiam assequi, eam uero pro dignitate commendare impossibile, cui felicitatis tantum superest, ut communis dijs possessio sit constituta. Nam deorum alius aliud aliquod exercuit. Iuno nuptijs præest, bellis cum Pallade Mars. Fabrilia, quæ igni perficiuntur, Vulcanus elaborauit. dux nauigantibus Neptunus est. Deniq; deorum hic & ille hanc illamque rem curauit, omnes autem sapiẽtiæ participes fuere: Sed præcipue ante omnes Iupiter. quo enim dijs potentior, eo omnibus sapientior est. Sapientiaq; Ioui

Genus. regnum confirmauit, quam dij secum genitam adepti sunt. unde id donum in terras descendit, deorumq; filij sapientia sua maximam humanæ uitæ utilitatem intulerunt. Quapropter poetæ laudem merentur, qui Palamedem & Nestorem, siue quempiam alium in primis sapientissimũ canunt, deorum filios confixere. non quia deorum naturam haberent. Nam & ipsi dij fuissent, generisq;

nerísq; communione uirtutis participes fuisse monstra rentur, sed quibus uirtutem deorum compararunt, propterea deorum filij crediti sunt. illi enim à dijs geniti uidentur, deorumque pignora putantur, sapientia quorũ id donum tanquam generis sui indicium præcessit. sapientia & pace, & bello principatum obtinet. nam quædam res in pace tantum excellunt, quædam in bello solum admi andæ sunt. Sola omnium rerum sapientia & pace & bello tanquam alteri mirandum in modum dedita dominari nouit. in bello enim ita se gerit, ut omnino pacem nescire uideatur: pacis autem ita particeps sit, tanquam bellum penitus ignoret: cuicq; rei præsit, solius esse credatur. nam in pace leges sancit, ac omnes quietis species amplectitur. Verum in bello quomodo uincendum sit ostendit. Hæc igitur primas in armis partes obtinet, neminemque sibi in popularibus concionibus superiorem esse patitur, & armatis & togatis pariter dominari nouit. Sola quæ deorum sunt, sapientia discernit. sola em̃ tanq; deus futura cognoscit. ipsa terrarũ cultũ agricolas docuit, nautasq; nauigandum mare instituit. neq; fructus sine sapiẽtia colligere, neq; nauẽ absq; sapiente gubernatore ascẽdere licebat. Itaq; quicq d abunde mare dilargitur, & mortalibus quæcunq; terra præstat, hæc inuẽta sapiẽtiæ fuerũt. Quæ in cœlo sunt arcana reuelauit. ipsa etem̃ quantũ sol cursum pficit, quæq; astra circuit, sola hoibus sapiẽtia indicauit. Sapiẽs insup terre

 na nouit.

na nouit, ac quid post obitum erimus, sola nos sapientia docuit. Hæc Troiam cepit, ac quam longa dies expugnare nequiuit, consilium sapiens subiugauit, uniuersamque Troianorum uim diruit unius uiri consilio, uoti compos sapientia effecta. erutus Cyclopis oculus sagaci Vlyssis inuento.

Comparatio. Quicquid igitur excellit, id à sapientia prouenit. Proinde quis ei robur comparabit? Cæterum quod robur efficere potest, id sapientia consequitur.

Epilogus. Quod si à robore prudētiam abstuleris, merito uis corporis uituperabitur. Multa pro sapientia disserenda supererant, uerum paucis cuncta complecti impossibile est.

DEFINITIO VITVPERATIONIS.

Vituperatio est sermo exponens mala quæ alicui insunt. in hoc autem à loco cōmuni differt, quod communis locus punitionē complectitur. Vituperatio uero solam calumniam continet. Diuiditur ijsdem capitibus, quibus etiam laudatio, totq; uituperare, quot etiā laudare oportet, personas. & res, tempora, & loca, irrationalia animalia, ad hæc plantas. Vituperandū est generatim, & speciatim. Post procemiū genus collocabis, quod secundum laudationis præcepta diuides, deinde educationem, ac res gestas, comparationemque, & epilogum sicut in laudationibus dispones.

VITVPERATIO PHILIPPI.

Procemium. Neque uirtutem sine laude, neque uitium sine uituperatione.

perationе fas eſt præterire. quandoquidem bonos laudando, malos autem uituperando idem emolumenti conſequimur. Omnes igitur qui male uiuũt, male audire merentur. Sed eo magis Philippus, quo omnes ſceleſtos longe ſuperauit, qui ex gente omnium barbarorum uiliſſima natus eſt. Vt quæ diu incertas ſedes præ timore tenuerit. Argiui enim illos primum eiecerunt, deinde uagi ad eam, quam nunc obtinent, confugerũt. Itaque in duo dedecora, ut ſedem incolendã haberent, inciderunt, dum præſtantioribus cedunt, & deteriores ſe expellunt. Vt tum imbecillitate, tum auaritia nullum illis firmum locum incolere conceſſum ſit. Huiuſmodi gente oriundus à deteriore urbe proceſſit. barbarorum enim peſſimi Macedones. Pella uero totius Macedoniæ uiliſſima, in qua ciues turpiter ſeruiũt. Ab hac urbe originem trahens, crudeliores patria ipſa maiores ſortitus eſt. nam Philippus huius Philippi proauus, ignobilitate generis ad principatum non admiſſus eſt, deinde aduenis copijs pater Amyntas in regẽ aſſumptus fuit. Expulſum enim Athenienſes ab exilio reduxerunt. Talibus progenitoribus Philippus apud Athenienſes obſes fuit, & quanquam inter Græcorũ optimos uerſaretur, mores tamen efferos nulla humana conſuetudine mutauit. Verum inter Græca ſtudia intemperantiam barbaricam præ ſe tulit, cumque Græci à barbaris moribus & inſtitutis differrent, utriſque tamẽ infenſus extitit, dum

Genus.

Educatio.

Res gestæ. eandem in dissimili genere malignitatem exercet. Primo quidem genus suum contra suos perfidus subiugauit: inde proximos inuadēs uastauit, Illyricisq; Pæonas uictor addidit, ac Triballorum regionem incurrendo cepit, totq; nationes, quot infelici fortunæ expositæ erant, subiugauit. Cæterum in pugna Barbarorum corpora capiebat, eorum autem animos in potestatem suam nequaq; redigebat. Verū armis subacti defectionem somniabant. ac si operibus seruiebant, mentis tamē discursu liberi erāt. & dum sibi finitimos barbaros adiungeret, recta contra Græcos uia procedebat. Primo quidem in Thracia Græcorum oppida subiugauit, atq; in deditionem Amphipolim recepit. Pydnam autē mancipium fecit, ac Potidæam prædictis adiūxit, neq; Pheras & Pagasas, neq; Magnesam extra Pheras omisit. Sed uniuersas Thessalorum urbes subiugauit, & uelu ti ad seruiendum constructæ forent, id seruiendo ostēdebant. Vitæ autem ipsius exitum etiam referre operæ precium est. nam ut ui multa subegit ipseq; fœdera contemnendo fœderibus stantes captiuos faciebat: Sic dij propter ea quæ præter fidem cōmiserat, irati necem illi meritam intulerunt. non enim ipsum in pugna ociderunt, neque eius finis strenuum pugnatorem testem fecerunt, sed in ipsis uoluptatibus confecerūt, uoluptates pulchram Philippo parentationem facientes, ut & in uita & morte illas intemperantiæ suæ testes haberet. Proinde

inde quis ei Echetum comparabit? at hic sanè articulo rum summa abscindendo reliqua corporis integra relinquebat: ille uero uniuersa cum omnibus mẽbris detruncabat. Quo igitur totum quàm partẽ destruere crudelius est, eo Philippus Echeto immanior erat. Philippus autem dum uiueret, à malis cessare nesciebat: mihi uero illius scelerum orationi finem imponere conuenit. Comparatio. Epilogus.

DEFINITIO COMPARATIONIS.

COmparatio est sermo inuicem examinandus ex appositione maius aliquod comparato colligens, aut æquale. Oportet eos qui cõparant, aut bona bonis opponere, aut mala malis, aut parua maioribus conferre. Omnino cõparatio duplex est laudatio, aut uituperatio, utpote ex laudatione & uituperatione composita. Omnis quidẽ comparationis locus admodũ difficilis est, præsertim si parua maioribus conferas. tot autem comparare, quot etiam uituperare, ac laudare conuenit, personas, res, tẽpora, loca, irrationalia animalia, ad hæc plantas. Non opus est, ut qui comparationem faciunt, totũ cum toto cõferant. inefficax em̃ hoc est. neq; acre, sed capiti caput cõponant. hoc enim uehemens. quoniã laudationem, non comparationem diuidere consueuimus. In hoc cõparationis progymnasmate nõ est comparatio caput, quia comparatio est tota præercitatio.

COMPARATIO ACHILLIS & Hectoris.

CVm uirtutem uirtuti comparare intenderem, Hectori Proœmium.

ctori filium Pelei comparare delegit, preciosæ etenim per se uirtutes sunt: si uero comparentur, sublimiores
Genus. existunt. Igitur ambo & si non ex eadem patria, utraq; tamen laudata nati sunt. ille enim ex Phthia, unde Helladis cognomentum prouenit: hic uero è Troia, quam deorum primi condidere. Itaq; ut è simili regione nasci pari laude celebrandum est, ita Achilli Hector non inferior fuit. Laudata utrique nati patria, eandem cognationem habuere. Vtrique enim à Ioue progeniti fuere: Achilles quidem ex Peleo, ex Aeaco autem Peleus, déque Ioue Aeacus, ac Hector pariter ex Priamo & Laomedonte. Laomedon à Dardano processit: Iouis filius Dardanus fuit, progenitorémque Iouem nacti, similes parentes habuerunt. Achilli quidem Aeacus, & Peleus, quorum ille Græcos à penuria liberauit, hic uero interempts Lapithis, deam Thetidem cõiugem uirtutis præmium meruit. Hectori autem progenitor Dardanus extitit, qui primum cum dijs uitam duxit. Priamus uero pater, urbis à dijs constructæ dominus fuit. Ergo ut simile est cum dijs coire, ac unà cum numinibus uiuere, ita Hector Achilli similis fuit. Talibus
Educatio. nati progenitoribus utrique ad fortitudinem educati sunt: Achilles quidem sub Chirone, Hector uero sub Priamo. qui filio naturalia uirtutis documenta contulit. Cum igitur ambo ad uirtutem instituti essent, parem
Res gestæ. sibi rebus gestis gloriam compararunt. nam cumprimũ

uirilem

uirilem ætatem ingressi sunt, idem sibi eodem bello robur uendicarunt. primum enim Troianorum dux Hector fuit: dumque uiueret, Troiæ propugnator extitit, atque à dijs adiutus in bello perstitit, moriendóq; Troiam dirui præbuit. Achilles autem in gerendo bello totius Græciæ princeps, Troianísque omnibus metuendus, superior in pugna erat, in bellóq; auxiliatricem Palladem habuit, ac Græcis moriẽdo gloriosam uictoriam abstulit. & ille quidem uictus à Pallade sublatus est: hic uero ab Apolline ictus concidit, ambóque à dijs progeniti, à dijs interiere, à quibus & genus, & uitæ finem acceperunt. Quãta igitur utriusq; uitæ & mortis similitudo, tanta inter Achillem & Hectorẽ fuit. Pleraq; multa de utriusq; uirtute dicẽda supererant, nisi uterq; suis operibus ac gestis parem, admirãdamq; gloriam obtineret. *Epilogus.*

DEFINITIO ETHOPOEIAE.

Ethopœia est imitatio moris subiectæ personæ. huius autem tres sunt differentiæ, Idolopœia, Prosopopœia, Ethopœia. Est quidem Ethopœia, quæ personam cognitam habet. Sed solum mores effingit, unde etiam Ethopœia appellatur: ut quæ nam uerba Hercules imperante Eurystheo dicere potuisset. hic enim Hercules cognitus est, dicentis autẽ mores ficti. Idolopœia est, quæ personam habet cognitam, uerumtamen mortuam, & ad dicendum impotentem: ut in comœdia δήμοις finxit Eupolis, & Aristides in oratione ꝓ quatuor. *Ethopœia.* *Idolopœia.*

Prosopopœia Vnde etiam idolopœia appellatur. Prosopopœia est quando omnia fingũtur, & mores, & persona quemadmodum Menander redargutionem finxit. Redargutio enim res quidem est, non autem persona. Vnde etiã prosopopœia appellatur. Nam cum moribus persona fingitur. Hæc igit͛ ethopœiæ diuisio, cuius aliqua passiua est, aliqua moralis, quædam mixta. ac passiua in uniuersum affectum significat, ut quæ nam uerba dicere posset Hecuba cadente Troia. Moralis solos mores affert, ut quæ nam uerba mediterraneus uir primũ mare intuitus diceret. Mixta quæ utrũq; mores, & affectum cõplectitur, ut quæ nam uerba Achilles super mortuo Patroclo diceret, cum pugnare decreuisset. mores enim sunt consilium: affectus autem amicus mortuus. Ethopœiam uero dicendi forma dilucida, circumcisa, florida, dissoluta, ab omni perplexitate libera, atq; figura conficies, camque per capita in tria tempora præsens, præteritum, & futurum diuides.

ETHOPOEIA PASSIVA.

QVAE VERBA DICERE POSSET Niobe iacentibus liberis.

Præsens. QValem cum quali fortunam commuto filijs orbata, multiplici quondam sobole generosa? nũc uero copia in inopiam uersa est. neq; saltem unius mater existo, quæ prius multorum uidebar. quanto melius fuisset, si primo nunq̃ peperissem, quàm nunc in lachrymis

mis parere. Quæ filijs matres priuātur, longe sterilibus infeliciores sunt. nam quod in consuetudinem uenit, id si auferatur, admodum triste fit. Sed hei mihi similem parenti fortunam sustineo. à Tantalo nata sum, qui cū dijs discumbebat. Verumtamen postea à deorum con- *Præteritum.* suetudine excidi, ac Tantali filia meū in felicitatibus genus confirmo. Consueueram Latonæ, cuius causa infeliciter ago. eius enim familiaritate in liberorū perniciem usa sum, deorumq; consuetudo mihi in calamitates uertitur. Priusq; in Latonæ amicitiam peruenirem, beatior mater eram. sed eius familiaris effecta, quam ante illius consuetudinem multiplicem prolem possidebam, perdo. nuncq; mihi & maribus & fœminis interemptis lugendum est. Sed alijs in filiorum obitu luctus honestior, mihi propter maximum dolorem negatur. Quò uertar? quos suscipiam? quale mihi ad omnium liberorum iacentium perniciem sepulchrum sufficiet? Iusta mihi tot calamitatibus oppressæ omittuntur. Verum *Futurum.* enimuero cur hæc deploro? cum à dijs, ut me in aliam formam transmutent, impetrare liceat. hanc solam ab infelicitatibus liberationē intueor, si ad insensibilia commutabor. Quinimò amplius uereor, ne si in saxum mutata fuero, lachrymas adhuc fundam.

DEFINITIO DESCRIPTIONIS.

DEscriptio est oratio expositiua, quæ rem significa-

tam ante oculos euidenter repræſentat. Deſcribendæ ſunt perſonæ,& res,tempora,& loca, irrationalia animalia,inſuper plantæ. Perſonæ quidem, ut Homerus in Odyſſea ad Eurybatem. Furuicolor, humeriſq; rotundus,crine retortus. Res autem,ut naualis pugna,aut pedeſtris, quemadmodum Hiſtoricus fecit. Tempora, ut uer,aut æſtas,diſſerendo quot in ipſis flores producuntur. Loca uero,ut idem Thucydides Theſprotarũ portum tempeſtuoſum,quamq; teneat formam dixit: Qui perſonas intendit deſcribere,ut à primis ad ultima procedat,opus eſt:hoc eſt à capite ad pedes. Res autem ab ijs quæ ante eas fuerunt,& quæcunq; ab illis ſolent euenire. Tempora uero & loca, à circũtenentibus, & ab ijs, quæ inſunt eis. Deſcriptionum aliæ ſimplices, aliæ coniunctæ.& ſimplices quidem,ut ſi quis pedeſtres,aut nauales pugnas deſcriberet. Coniunctæ uero,ut quæ res, & tempora coniungunt. ſicut Thucydides in Sicilia nocturnam naualem pugnam deſcribit.nam poſtquàm, quomodo pugna gerebatur,deſcripſit, quomodo etiã per noctem ſe habebat definiuit. Forma dicendi attenuata deſcribentes uti oportet,deſcriptionemq; uarie figurare,ac omnino res quas deſcribes imitari.

DESCRIPTIO ARCIS ALEXANDRIAE.

ARces ſanè in urbibus ad cõmunem utilitatẽ conſtructæ ſunt,urbium enim uertices ſunt:ipſæ autẽ muniuntur nõ minus ædificijs,quàm ciuitates muniãt.

Et.

Et Atheniensium arx in Athenarum umbilico circũual lata fuit. Cæterũ Alexander suæ urbi, quæ ab illo cognomentum accepit, arcem cõstruxit, quam iustius Acropolim appellare licet, quod in urbis extremo & celso sita sit: quã illam qua multum Athenienses gloriãtur. nam Alexandriæ arcem ita quodãmodo se habere referunt. Quidam à terra tumulus usq; in multam altitudinem procedens consurgit. his ergo duabus causis Acropolis appellata, quodq; in summũ erigitur, & quoniam in urbis extremo condita fuit. Diuersi ad hãc accessus: hac enim uia ducitur, illac uero ascensus est, appellationesq; uiæ mutant ab effectu ipso uarie uocitatæ. Nã pedibus hac ire licet, cõmunisq; uia est in curru uectis: illac autẽ accliui ascensus suspenduntur, qua curru uehi impossibile sit. Scalæ enim super scalas semper cõsurgunt, utpote ab humiliori loco in altiorẽ agentes, neq; donec ad centum gradus peruenerint, finiũtur. hic enim perfectus numerus scalarũ terminus est. Scalis uestibulum mediocribus cancellis circũseptum annectitur, ac columnæ quatuor maximæ consurgunt, quæ ad unũ multiplices uias introitum ducunt. Quædã columnis domus superstruitur, quæ multas mediocres columnas colorum uariorũ ostentat, sic ideo comparatas, ut affixæ atq; compactæ ornamento essent. Tectum domus rotundũ, in quo cœlum cum syderibus cœlatum est. Dum ipsam arcem ingrederis, locus unus in quatuor æqualia latera diuisus

eſt,cuius machinæ figura quadrata exiſtit. At in me-
ditullio aula columnis undecunque ſuſtinetur, ac aulæ
quidem porticus ſuccedunt: porticus autem æqualibus
maximis columnis diſtinctæ ſunt. Singulæ porticus ad
alteram tranſuerſam terminantur, & binæ columnæ in
alteram porticum intercedunt, rurſus in alteram deſi-
nentes, ab altera rurſus incipiẽtes. Intra porticus domus
conſtructæ ſunt, quæ partim librorum armaria ſtudio-
ſis ad lucubrandum expoſita continent, uniuerſamque
ciuitatem ad ſcientiarum facultatem aduocant: partim
uero ad ueterum deorum uenerationem erectæ. Porti-
cuum uero lacunar deauratum, columnarumque capita
ære elaborata, auróq; illita ſunt. Ornatus aulæ uarius,
qui Perſei geſta partim continet, at in medio columna
quædam altiſſima erigebatur, quæ loci illius index erat.
Si quis enim ingrediebatur, quò uaderet nequaquam
intelligebat, niſi pro uiarum ſigno columna utebatur.
illa etiam terra mariq; arcem conſpiciendam præbebat.
In columnæ uertice rerum principia circumſtabant, ac
priuſq; in aulæ medium perueniretur, ædificium quod-
dam in tot portas diuiſum, quot deorum antiquorum
nomina ſunt, erigebatur. lapidei autem obeliſci duo cõ-
ſurgebant, fonſque laudabilior illo, qui à Piſiſtratidis
Athenas deductus eſt. quodq; mirum incredibiléque
uidetur idem fabrorum numerus, qui deorum fuit. to-
ta enim Acropolis cõſtructio duodecim fabros habuit,
utpote

utpote uno ad huiusmodi structuram non sufficiente. Ab arce descendētes hac q̄dē locus planus stadio perq̄ similis excipit, unde etiam loco hoc nomen inditum est. illac uero locus alius superiori similiter distinctus, uerū illi planicie & magnitudine impar. Cæterū præstantior huius arcis forma est, quàm ut uerbis exprimi possit. si quid autē omissum, id miraculi causa factum est: nam quia commode dici non poterat, idcirco prætermissum fuit.

DEFINITIO CAVSAE.

Causa, quam Græci Thesin dicunt, est per orationem rei consideratæ inspectio. Causarū aliæ sunt ciuiles, aliæ speculatiuæ. Ciuiles quidē sunt, quæ rerum actionem ad ciuitatem pertinentium continent. ut an nubendum, an nauigandum, an ædificandū. hæc enim omnia si fiant, res ciuiles continent. Speculatiuæ uero, quæ sola mente considerantur. ut an rotundum sit cœlum? an multi sint mundi? hæc em̄ hominibus in actionem non cadunt. sola autem mente considerantur. Differt thesis ab hypothesi: quod hypothesis habet circūstantiam, thesis uero circumstantiam non habet. Circumstantia autem est persona, res, causa, & reliqua, ut hoc, an ædificandum. Consideratio non habet personam. hoc enim aduenientibus Persis Lacedæmonij muris Spartam munire deliberant, hypothesis est. Personam enim habet Lacedæmonios considerantem. rem

uero

uero mœnibus munire, causam aduenie᷑tes Persas. Thesis in præexercitame᷑tis primũ contradictione᷑, & solutionem, secundũ quæstione᷑ admittit. Diuiditur ergo Thesis primũ quidem in Ephodum sic appellatam, id est in procemium ex directo ad narrationem tendens. illam enim procemiorum loco dices. deinde uteris finalibus locis, legitimo, iusto, utili, possibili.

CAVSA, AN DVCENDA SIT VXOR.

Procemiũ ex directo. QVi totum breuibus commendare quærit, hic nuptias laudet, quæ à cœlo datæ sunt: quinimò cœlũ dijs replent, & deorum parentes sunt, à quibus patris nomen processit, deósque producentes naturam suam conseruandam dederunt. cum postmodum in terras descendissent, uniuersos reliquos generarunt, mortícp subiecta prætereũdo, ea nuptiæ per successiones durare excogitarunt. Primo quide᷑ homines ad fortitudinem hortantur. nam cum per nuptias liberi producãtur, per quos bella gerunt, huiusmodi suis muneribus fortitudinem præstant. deinde nos ad iusticiam cum fortitudine instituũt. quoniam filiorũ respectu iniusta homines patrare uerentur. Itaq; nuptiæ iustos & fortes efficiũt. Prudentes insuper reddunt, dum parentes ad charissimis liberis prouidendũ excitant. Præterea (quod mirandum est) nuptiæ secum temperantiã ferunt, temperatáq; uita uoluptatum copiæ cõmiscetur. quandoquide᷑ uoluptatibus legem imponunt, ergo per legem cum temperantia

uoluptates

uoluptates præbẽt:quæ certe si solæ fuerint,reprehensio
ne nõ carebunt.uerũ si nuptijs admisceantᷣ,laudabuntᷣ.
Itaq; si nuptiæ deos,& post hos reliqua animalia pro-
ducunt,fortes,iustos,sapiẽtes, temperatos efficiũt,quo-
modo totis uiribus enitendũ non est,ut eas commende
mus? Sanè dices: Sed calamitatum causæ nuptiæ sunt. *Contradictio.*
Fortunã mihi uideris,nõ nuptias accusare.nam quæ ho *Solutio.*
mines male patiuntur,ea fortuna causat,non autem nu
ptiæ:quæ uero nuptiæ hominib9 abunde largiũtur,hæc
nequaq; fortunæ bona sunt.quare nuptiæ propter bo-
na quæ secũ ferunt,laudandæ potius sunt,quàm ob ma
la,quæ fortuna præbet,accusandæ.Quod si etiã quæ ho
minibus pessima eueniunt,nuptijs asscriberemus, ideó
ne ab illis abstinendũ erit?an quæ alijs rebus difficulta
tes & molestiæ insunt, nos à negocijs remouent? Si pla
cet,quascunq; artes diligẽter scrutare,aliquod in singulis
dignũ reprehensione reperies. Agricolas tẽpestates mo
lestant,& grandinis calamitates cõficiunt. hi tamẽ quo-
niã à tempestatibus infestantur,agriculturã nõ deserũt.
quinimò etiã si illos è cœlo aliquid contristet, in terra ex
colenda perstant.Rursum nautæ infelices sunt,ingruen
téq; tempestate naues perdunt,propter ea tamẽ à naui
gatione nõ desistũt,quoniã in qbusdã male affecti sũt.
uerũ ad fortunã infelicitatẽ, deuectam copiã ad maris
beneficiũ referunt. Ad hæc & pugnæ,& bella bellatorũ

gnas deferunt.fed quia bellum gerēdo laudātur, cadere cōtenti funt.malumq; bono cōtegunt.non enim bona propter mala fugienda funt,fed bonorū caufa mala fuftinenda funt.Itaq; an abfurdū eft,agricolas ac nautas, omnesq; infuper milites,quæ fibi molefta funt,bonorū gratia ferre:nos uero quoniā trifte aliquod fecū trahūt,

Contradictio. nuptias fpernere? Sane dices: Sed mulierib9 uiduitatē,

Solutio. filijs orbitatē afferunt.Hæc mortis mala iam nobis à natura dari confueta funt.Tu autē mihi nuptias criminari uideris,qđ homines immortales nō efficiant, neq; dijs mortales pares reddiderint. Dic mihi cur nuptias ꝓ ijs rebus,quæ mors operat̃,accufas? cur quæ naturæ funt, nuptiarū effe dicis? concede cadere,quod ut cadat,natū eft.Quod fiquidē quia nati funt homines,cadūt,cadendóq; uiduas cōiuges, ac ex fe natos orbos reddunt:cur quæ folum natura facit,ea nuptias efficere dicis? Ego cōtra fentio, orbitatemq; & uiduitatē nuptias emendare contendo.Mortuus eft alicui pater? iftáq; ratione filius orbus effectus eft? uerū alium orbo nuptiæ parentē cōtulerunt.Itaq; nō à nuptijs hæc calamitas procedit, fed potius nuptijs contegitur:quæ nō adferunt orbitatem, quinimò auferunt.Proinde natura uiduitatē morte inducit,quā nuptiæ matrimonio remouent. quam enim mors uiduam fecit,eam nuptiæ ueluti fui muneris cōferuatrices alteri uiro cōiungi præftitere.nam quæ primū cōtulerunt,fi auferātur,rurfum cōcedunt. Igitur nuptiæ

uiduitatem.

uiduitatẽ auferre,nõ adferre cõsueuerunt. Pater insuper filijs morte priuatur, sed priore amisso dum alterũ suscipit,pater iterũ efficitur. Cur ergo in nuptijs pulchra nuptiarũ dona culpas? Mihi nolle nuptias reprehendere, sed laudare uideris.nam quod me nuptiarũ munera recensere cõpulisti, earũ laudator, non accusator effectus es,dum nuptias accusas,nosq; illas laudare excitas:atq; nuptiarũ calumnias in beneficiorũ catalogũ uertis.Sanè dices:Sed nuptiæ laboribus plenæ sunt. Verũ enim uero,quid melius quàm nuptiæ laborem remittere nouit? omnes enim labores nuptijs tollũtur,requies omnino est in consuetudinẽ uxoris cõuenire,quanta uiro uoluptas cum muliere cõcumbere? quanta cum uoluptate filius expectatur? & expectatus æditur? natusq; patrẽ appellat,atque ad alicuius professionis studium uadit? ac patri adiutor existit? Et apud populi frequẽtiam concionatur? parentemque in senectute alit? demum talis, qualem optimum decuit,euadit? Nequeo paucis complecti quæ bona nuptias comitentur.ipsæ adeo admirandæ sunt,ut & deos producant, mortalesque deos uideri præstent, dum illos continue reparant: ac omnes, qui nuptijs initiantur, iustitiam colunt, temperantiam respiciunt, abundéque licitis & probatis uoluptatibus fruuntur. Itaq; optime constitutum fuit,ut præ cæteris omnibus nuptias plurimi faciamus.

Contradictio. *Solutio.* *Epilogus.*

PRomulgationem legis quidam etiã præexercitationem esse tradiderũt. est enim ferè tota hypothesis, nó tamen omnia quæ sunt in hypothesi cõtinet. in ipsa nãq; persona non semper tamen cognita introducitur: unde maior est thesi, minor autẽ hypothesi. quoniam omnino sub quadã figura personam recipit, maior est thesi: sed quia circũstantiã manifestã non habet, minor est hypothesi. Legis ergo promulgatio duplex est exercitatio, defensio & accusatio legis cõditæ. Est autem lex inuentum, & donũ deorum, cõmunis uero ciuitatis consensus, & rerũ tã diuinarũ quàm humanarũ correctio. Hæc quidẽ promulgationis legis diuisio est. ijsdẽ capitibus, quibus negocialem ipsam conficies legitimo, iusto, utili, possibili. procœmia facies legi conuenientia, post quæ pones caput appellatum cõtrarium: deinde prædicta capita, unde etiam in hoc differt à thesi.

ACCVSATIO LEGIS IVBENTIS ADVLterum in ipso adulterio interfici.

Procœmium. NEque penitus legẽ laudabo, neq; omnino scriptũ accusabo. nã quod adulterorũ crimina prohibet, hanc constitutionẽ cõprobo: quod autẽ iudicibus suffragia nó permiserit, hoc sanctionẽ improbo. Siquidẽ ne iudices donis corrumperẽtur, uerebatur, ideóq; iudicandi ius illis abstulit: illam male de iudicibus sensisse arguitur. Sin autẽ uos iudices integerrimos, ut estis, existimauit, quomodo cõuenit laudare quidẽ iudices, sed iudicibus,

bus iudicãdi ius auferre? Omnes igitur leges aliæ, quæ legibus cõtrariæ sunt, partim harũ ciuitatum institutis cõtrariæ sunt, partim cũ aliis cõueniunt. uerum sola præsens lex contra alias omnes lata est. Videmini aũt mihi hanc legẽ longe prudentius examinaturos esse, si quæcunq; in Rep. nostra cõstituta sunt, consideraueritis. Imperatores, sacerdotia, decreta, omĩa (ut ita dixerim) quæcũq; præmio digna in bello gerũtur, uestro iudicio subiecta sunt. Imperator uestro suffragio creatur. Sacerdotium quẽ iudices cõfirmarunt, gerit: quodq; à patribus decernitur, si populus iudex sanciuerit, pro rato habetr. Neq; strenui in bello præmiis donãtur, nisi ea prius à iudicibus diiudicata fuerint. Quomodo igitur nõ absonũ iudicibus omnia subesse, solam uero præsentẽ legẽ iudicũ suffragiũ effugere? Sanè dices: Sed atrocia sunt mœchorũ crimina. Quid autẽ homicidarum scelera, nónne sunt maiora? án ne proditores aliis scelestis minores arbitramur? án ne sacrilegi ꝓditoribus peiores sunt? Verumtamẽ in his criminibus deprehensus, iudicũ examini subiacet. neq; proditor, nisi reus à iudicibus peractus fuerit, pœnas luit. neq; aliquid mali pati sacrilegos fas est, priusq; eorũ delicta iudices cognouerint. Ergo nónne absurdũ maiora crimina pœnã apud iudices luere: neq; horũ aliquod, nisi iudicib9 decernẽtibus cõdemnari: solum uero adulterũ sine cognitione interfici? quẽ in

Contrarium.

Contradictio.

Solutio.

Contradictio. cũ examini ſubijcere oportuit. At quid differt adulterũ
Solutio. occidere, an iudicibus tradere, ſi par ab utriſq; ſuppliciũ
ſubibit? Quantũ inter tyrannũ & legem, inter popularẽ
ſtatum, ac unius principatum differt, tantũ iſta inter ſe
diuerſa ſunt. tyrannus enĩ unũquemq; pro libidine ſua
interficere poteſt: lege autẽ conuictum iuſte occidere li-
cet. Populus quidẽ in concionibus quæcũq; tractat, exa-
mini ſubiacet. at rerũ dominus etiã indicta cauſa occi-
dit. cõtra populus & lex indicta cauſa nõ occidit. ſed oĩa
ab rerũ dominis & tyrannis diuerſa facit. Itaq; quomo-
do nõ eſt diuerſum adulterum occidere, & iudicibus tra
dere? Ad hæc qui ſui cauſa adulterum interficit, ſe delin
quentis dominũ facit. at qui illũ apud iudices poſtulat,
cõſeſſum iudicum dominũ rei facit. igitur ſatius eſt iudi
cem quàm accuſatorẽ dominũ fieri. Præterea q ſui cau-
ſa adulterũ necat, ob aliam rationẽ occidiſſe ſuſpectus
Contradictio. eſt. at qui iudicandũ offert, ſola iura tutari uidet. Sanè
Solutio. dices: Sed ſi ſtatim occiderit, atrocius ſuppliciũ ſubibit.
quoniã ſi ad iudices deferretur, illã temporis intercape-
dinẽ pro lucro habebit. Imò ſi iudicibus ſubijciet, ſecus
fiet. interea enim triſtiorẽ uitam ſuſtinebit. nam qui pœ
nam expectat, maius ſuppliciũ quàm ſi illã paſſus ilico
fuiſſet, ſentit. ac pœnæ dilatio additio pœnæ uidetur:
quiq; ſe mori credet, ſæpius morietur, grauiuſq; erit mor
tem expectare, quàm mori. quare ſi de repẽte necabitur
adulter, non ſentiet. improuiſa pœna ſenſum aufert, in-
ſperata

ſperata mors dolorē non ſentit.ſæpius autē expectata, ſemel uero illata pœnas expectatione auget. Conſiderate igitur ex cōparatione,ſiquidem accuſator, dum ſui cauſa adulterū occidit, nullū ultionis ſuæ teſtem producere poteſt:uerū ſi iudicibus examinandū tradiderit,iudicij multos ſpectatores habebit.pœnæ autem genus, quæ multis ſpectātibus infert,triſtius eſt. Alioqui adulteris,ut ſecreto interimātur,expedit.multi enim nō adulterij,ſed inimicitiarū cauſa concidiſſe ſuſpicabūtur.uerū ſi à iudicibus rei peracti fuerint,moriēdo iuſtiſſimū ſupplicium patiētur.Itaq; plurimū inter ſe differt, adulter an occulte trucidatur,an iudicibus tradatur. Rex atrox eſt adulter,ut qui iniquitatis gen9 omne exceſſit. Ergo primū cōuincatur,deinde excrucietur,potiusq; iudicetur q̄ pœnam indicta cauſa luat.ſi enim adulter publice necabitur,parentibus certiorē filiorum ſobolem dabit. Neq; em̄ in poſterū, cuius aliquis filius ſit, ſublatis adulteris dubitabitur.Adulteriū eſt cōmune naturæ ſcelus,unde etiā tantū facinus cōmune iudicum ſuffragium tollat. Quàm ego uereor,ne quod adulter ſecreto interficitur, ſui ſimiles multos relinquat.nam quia cur occidatur,neſcitur,eius ſtudia multi imitabuntur,huiuſmodiq; pœna nō adulterij finis,ſed exordium erit.

Contradictio.

Solutio.

BASILEAE IN AEDIBVS IOANNIS FROBE

NII, MENSE IANVARIO. ANNO

M. D. XXI.